

contraheret, sibi trille, atque ominosum fore iudicet, eumque obsecrare, ut puella consensum obtinet, eique persuadeat, quaecumque liberius gesta sunt, ejus sane haud nocitura, quippe quae alto silentio tecta fuerint; ei praeterea proposita dote conditioni respondente, quam ei debet iustitia titulo, ut liquet ex Exodo, & ex Juris Canonici Capite tit. de Adulteriis, ut supra innuimus. Verum antequam Confessario rem aperiat, rationi consonum creditur, ut ita se ge-

rendi veniam possulet a puella, cui quidem se sistere nequaquam debet, ne forte consuetis criminibus se iterum polluant.

Decisum in Sorbona hac die 26. Aprilis an. 1673. Aug. de Lamer.

Vide Dictionarium D. PONTAS.

M E L I T A .

Vide (EQUITES.

C A S U S .

Melitensis Ordinis translatio,

Presbyter Congregationis Doctrinae Christianae non est Regularis, propterea quod ea Congregatio dubio procul est secularis, cum in ea non eduntur nisi vota simplicia, in quibus dispensandi potestatem Generalem facultas est. Itaque Doctrinarius in Melitensem Ordinem, qui Regularis Ordo est, & vota solemnia adiuncta habet, cooptari potest.

Q U A E S I T U M .

Quaeritur, an Clericus secularis Congregationis, cuiusmodi Doctrinae Christianae Congregatio est, in qua eduntur tantum vota simplicia, in quibus Generalis dispensare potest, possit necne recipi in Ordine Melitensi, in quo tria solemnia vota emittuntur?

Qua occurrit difficultas, oritur ex huius Ordinis statuto, quod ita habet: quicumque in alio Ordine professionem emisit, Sancti Joannis Hierosolymitani Ordinem subire nequeat. Porro Doctrinae Christianae Congregationi, quae secularis est, nec in ulla suarum Constitutionum sibi Ordinis rationem

sumit, non videtur Ordinis nomen accommodari posse, quemadmodum id nominis ei nunquam tribuitur in Bullis, aut in Brevibus, in quibus de ea sermo est.

R E S P O N S I O .

Consilium conscientiae subscriptum existimat, cum Ordinis, in quo vota eduntur, vocabulum de Regulari Ordine fere accipitur, videri Doctrinae Christianae Congregationem, quae quidem certe secularis est, Melitensi, quod supra allatum est, Statuto non contineri. Ex quo inferri potest Clericum, de quo agitur, huic Ordini nomen dare, & ibidem recipi posse. Praeterea videtur Melitense statutum de ejusdem, ac Melitensis est, generis Ordine accipiendum esse. Jam vero Sancti Joannis Hierosolymitani Ordo profecto Regularis Ordo est, in eo solemnia Religiosis vota emittuntur; & quod inde consequitur, nisi consuetudo, aut aliquod Decretum adsit, quod illud Statutum explicet, extendatque ad omnem Congregationem, in qua Superiori administratione vota emittuntur, non apparet, quomobrem ejusmodi Doctrinarius ejus Ordinis suscipiendi incapax censeri possit; ille quidem de re cognoscat.

Decisum hac die 14. Aprilis an. 1701. G. Fromageau.

M E N D A C I U M .

Mendacium, docente (a) D. Augustino, est alicujus rei falsa significatio facta animo decipiendi, & omnis, qui Mentitur, contra id, quod sentit, ejus verba sunt, loquitur voluntate fallendi. Ex quo apparet in mendacio, duo saepe occurrere, scilicet externam enuntiationem verbo, scripto, vel alio quocumque signo, quod animo contrarium sit, & voluntatem, seu consilium ad proximi deceptionem id adhibendi, ita ut in id incumbamus, ut ei persuadeamus eam rem veritati consonam esse, quam nos quidem falsam esse non ignoramus. Quamvis porro intentio fallendi fere in mendacio locum habeat, ad mentiendum tamen absolute necessaria non est, quoniam ut idem Sanctus Augustinus auctor est, mentiri est aliud in mente habere, quam in ore, vel quolibet alio signo ad sententiam aperiendam accommodata. Et sane si fallendi consilium omnino requireretur, mendacia, quae proferuntur jocandi gratia, vel ne cui tristitia afferatur, quae item dicuntur, tamen si certo consuet fore, ut ne iis fides adhibeatur, & id genus alia, non essent proprie dicta mendacia; quod D. Augustini, ac (b) D. Thomae doctrinae repugnat, agentium, ut id, quod dicitur, mendacium sit, fallendi intentionem necessariam non esse, sed in causa esse solummodo, ut gravius ejusmodi peccatum sit.

D. Augustinus (c) ad eorum errorem refellendum, qui putant mendacium aliquando licere posse, pronuntiat, cum dubio procul peccare, qui verbis in eum finem instituit, ut homines sua cogitata vicissim significare possent, non autem ut se mutuo deciperent, utitur ad fallendum, & non prout illa inventa, & excogitata sunt. Neque vero dici potest mendacium aliquod culpa vacare posse, alicujus utilitatis praetextu, quae mentiendi offerri proximo possit, quandoquidem idem prorsus de furto asseri quod doque possit, causa exempli si in levamen, (d) & quidem non mediocre pauperis conferretur, quod divini, absque ejus incommodo, oblatum esset. Quamobrem concludendum nunquam peccati expertis mendacium esse posse, ac ne tum quidem probandum esse, cum ad alterius utilitatem referatur; semper id quod in se & in suo genere malum est, nunquam bonum ac licitum esse posse. Non igitur credere possumus, inquit Sanctus Augustinus, eos, qui contendunt aliquando mentiendum esse, cum veritate sentire, dum ita loquuntur; atque illi quidem magnopere saltem a communi sententia recedunt, dum iniquum veritate ipsa doceri nos, ut mentiamur; ex quo concludit Sanctus Pater ne tum quidem licere mendacium, cum ulla alia ratio praesto est alicujus vitam tuendi, ejusve aeternae salutis consulendi. Huius porro Sancti Doctoris vestigiis insistenti (e) S. Ildorus Hispanensis relatus in Can. Omne pronuntiat: fuge sedulo quodque mendacium, & etiam atque etiam cave, ne cuius vitam quacumque demum falsitate tuearis; quoniam docente Alexandro III. in Lateranensi Consilio, prohibent sacrae litterae, ne vel alicujus vitam servandi gratia mentiamur. Non sunt faciendae mala, ut inde eveniant bona. D. Paulus id definitivum.

Cum referuntur exempla non pauca ex sacris litteris ducta complurium Sanctissimorum Virorum, qui in gravibus casibus mentiri esse creduntur, cuiusmodi sunt sapientes mulieres Hebraeorum in Aegypto, Rahab in Jericho: vel ideo tantum ea mendacia putantur, inquit S. Augustinus, quod non intelliguntur, vel si mendacia sunt, imitatione digna non sunt, quia cum virtute conjuncta esse non possunt. Itaque sapientes ea mu-

(a) Sanctus Augustinus lib. Contra mendacium cap. 12. & Enchirid. c. 23. (b) S. Thom. 2. 2. q. 110. art. 1. in corpore, & ad 3. (c) Sanctus Augustinus in Enchirid. de hinc, spe, & chari-

tate cap. 32. referunt in can. Is autem 22. quasi. 1. (d) Idem lib. contra mend. cap. 19. (e) S. Ildorus in synonymis, vel cap. de mendacio. Referunt in can. Omnes 21. q. 2.

et mulieres compensationem non acceperunt, quod mentita fuerint, sed quod erga eos, qui ad Deum spectabant, misericordiam exercuerint; eorum humanitas & miseratio, non autem fraus & mendacium in causa fuerunt, ut a Deo bona obtinerent, quod de Rahab quoque sentiendum. D. Augustinus in libro de mendacio doctrinam hanc fusius explicat.

Neque vero magis aequivocis aut mentalibus restrictionibus in salebrosis ejusmodi negotiis uti possumus, ut aliquam non exigui ponderis veritatem celemus, atque periculoso negotio nos expediamus: quia enim ea sunt mendacii species, ideo verita sunt tamquam mendacium. Aequivocis verbis uti nihil est aliud, quam verba ambigua, quorum duplex significatio est, adhiberi, & in id adhiberi, ut qui audit, aliud intelligat, quam quod cogitatur, & contra atque ex usu communi ea verba intelligi consueverunt. Uti restrictione mentali est sensum, qui non explicatur, in animo retineri, & quidem audientem fallendi consilio retineri; causa exempli ex me quaeris, an Missa interfuerim; ego vero respondeo, ita sane; heri ego quidem intelligo, tu vero ut scias, an hodie, interrogas; equidem non ignoro te mea responsione deceptum esse. Id venit restrictionis mentalis nomine. Qui porro aequivocis vocabulis, ac mentalibus restrictionibus utitur, mentitur; mendacium enim tum semper committitur, cum ad proximum decipiendum aliud ei credendum proponitur, quam quod in mente geritur. (a) Hac de causa Cleri Congregatio an. 1700. Propositionem hanc numero 64. tamquam temerariam, perniciosam, januam aperientem mendaciis, ac deceptionibus, &c. proscripsit: Superbis iusta causa circumlocutiones & ambiguitates inter loquendum adhibendi, quoties id necessarium & utile est ad salutem, ad famam, ad bona, vel ad quidvis agendum, quod cum virtute conjunctum sit, ut proinde veritatis occultatio tunc utilis esse iudicetur. Et hanc aliam, quae sexagesima sexta est: (b) Patriarchae, Prophetae, Angeli, & ipse Christus Dominus, ac potiori ratione Sancti aequivocis, amphibologis, & restrictionibus mentalibus usi sunt. Eadem Propositiones damnatae jam fuerant an. 1679. Decreto Innocentii XI. diei 4. Martii.

D. Augustinus recenset mendaciorum genera octo. Primum, idque omnium gravissimum, inquit, est illud, quod in Religionis doctrina versatur. Secundum, quod in aliquo proximo damnum tendit. Tertium, quod uni prodest, & alteri nocet. Quartum, in quo sola quaeritur oblectatio, quae mentiendi, & proximi credulitate abutendo praecipitur; atque hoc quidem nuncupari potest merum mendacium. Quintum, quod ad alios placendum, & eutrapelias famam comparandam referatur. Sextum, quod nemini nocens alicujem juvat, ut si quis intelligens esse, qui velit alterius pecuniam furari, & ubinam ea pecunia existat, interrogatur se id ignorare respondeat, tamen si vera sciat, Septimum, quod nemini pariter officit, & alicui prodest, ut si quis mentitur, ne eum detegat, qui quaeritur interficiendus. Octavum denique, quod nullum proximo damnum affert, & ad personam ab aliqua turpitudine liberandam adhibetur; cuius quidem eam rationem adducit Augustinus, quod animi puritas longe majus bonum est, quam corporis castitas, & mala, quae nos ipsis patramus sunt iis multo pejora, quae patimur perpetrari.

Potest praeterea tribui mendacium in perniciosum, officiosum, & jocosum. (c) Sanctus Bonaventura, & Sanctus Thomas posteriorem hanc divisionem secuti sunt post Sententiarum Magistrum, qui brevior appareret, ordini conformior, & latius patet, quam alia; propterea quod qui mentitur, potest in eo vel alterius utilitatem, vel sui ipsius delectationem, vel proximi denique damnum sibi proponere. Si cui gratificari velit, ejus mendacium est officiosum; si non nisi sese oblectare, jocosum est; si demum proximo nocere velit, damnosum est. Hinc in modum loquitur D. Bonaventura.

Addit Idem S. Doctor mendacium absolute loquendo non semper mortale peccatum esse, sed ejusmodi fieri ob ea, in quibus versatur, vel ob contemptum seu damnum, vel ob vehementem mentiendi studium, & ob has circumstantias perniciosum ac lethale mendacium evadere: quia porro in mendacio ea non semper occurrunt, propterea concludendum illud aliquando veniale, & aliquando mortale esse posse. Hac de re consulendus D. Thomas, qui rem enucleatius edisserit.

C A S U S .

Mendacium, Amphibologia, Aequivoca, & Restrictiones mentales.

- 1. Dux, qui dimissionem militi promisit, debet promissa facere, eique de capite periclitanti consulere, qui dimissione non scripta, recessit.
2. Deficiente scheda magna momenti, qua perit, concinnari non potest alia ei similis, qua Judici exhibeatur.
3. Ex contra scriptis litteris declarari non potest libras centum deberi Petro; quas constat Joanni deberi.
4. Janitor dicere nequit dominum non adesse; cum ita vere domi est.
5. Mentitur, qui ait se nescire, quod solum in aures scit.
6. Mentitur quoque, qui dicit nil pecuniae sibi praesto esse, dum mutuum dare non vult.
7. Purgantur sancti viri a suppositis aliquibus mendaciis, quae eis adscribuntur.
8. Peccatur, dum responderet ad mentem interrogantis.
9. Traditur mendacii proprie dicta notio ac definitio.
10. Vir nihil uxori tribuere debet fiduciam nisi titulo, quantumvis illa servitium ei exhiberit.

Q U A E S I T U M .

Quaerunt Sorbonae Doctores, ut super non paucis questionibus ad mendacii & restrictionum mentalium negotium spectantibus dicant, quid sentiant.

I. Dux promisit militi dimissionem litteris statuto tempore; quod cum advenisset, miles, cui multa proles erat, recessit Ducis fide, & qui ipse militis nuntium remisit, quamvis nondum pro juris ratione dimissionem ediderit. Inquiritur

(a) Vide censuram & Declarationem Cleri Gallicani in Fano S. Germani die 4. Septembris Proposit. 63. 64. 65. 66. (b) S. August. lib. de mendacio cap. 24. & 25. Referunt in Lamer Tom. II.

miles puniendus ut profugus, & adhuc Dux opem ei ferre potest, si dimissionem in eam diem referat, quem promisit. Quaeritur, an Dux dimissionem antevertere tuta conscientia possit? Ita quidem nonnulli contendunt, ajuntque permissionem virtute & interpretatione quadam, jure non facto promissionis tempore ipso militi a Duce tributam esse; & complura proferunt exempla, quibus nullum mendacium subesse contendunt, ut cum tamquam acceptum ponitur, quod permutatoris litteris continetur, aut quod Praetor debetur, quamvis nonnulli multo post accipiantur.

II. Cum amisso magni ponderis exemplari, & ad litem evincendam absolute necessario, conficitur exemplum simillimum Judici proponendum.

III. Cum declaratur deberi Petro libras centum, quas si quido constat deberi Joanni, cui Petrus contra scriptas litteras dedit?

IV. Quoties omnino adest fictio juris.

V. Cum Janitor, aut servus ajunt eorum dominum non esse domi tamen domi sit, sed alioqui non vult, & hac quidem loquendi ratio vulgo innotescit.

VI. Si quis dicat se nescire, quod scit, sed in aures.

VII. Si quis mutuum petentibus nil pecuniae sibi respondeat, licet re vera pecuniam habeat, quam tamen mutuum dare non vult.

VIII. Si quis feminas, quae se discretis lascivire, componere aggressus excuset utramque, inquis pravo animo neutram fuisse. Sancta Monica a D. Augustino commendata in his ita conciliandis strenue se gerebat.

IX. Contenditur non deesse casus, in quibus graviter peccaretur, si ad mentem interrogantis responderetur. Consili potest Caballutus lib. 4. c. 4.

X. Mendacii germana definitio haec esse videtur: Scitatis veritatis occultatio per dicta, vel per facta, illi, qui jus habet, ut

can. Primum, 22. q. 2. (c) Sanctus Bonaventura in 3. sent. dist. 38. art. 1. p. 5. in corpore. Sanctus Thomas 2. 2. q. 110. art. 2. in corpore. E 2

ne veritas ipsi manifestetur. Cum porro non desinat facti species, in quibus interrogans id juris non habet, ut sibi veritas pateat, & qui loquitur, qui scribit, qui denique agit, iure gaudet eam occultandi, consequens proinde sit licere saltem citra mendacium, & in hisce occasionibus uti æquivocis verbis, amphibologiis, restrictionibusque mentalibus.

Altera difficultas ad virum spectat, cui coniux haud mediocre servitium exhibuit, quod ut compenset, edito testamento legat uni amico, cuiusmodi conjugis, nullis editis, tercenturam librarum summam, persolam habens amicam satis intellecturam Testatoris eam mentem fuisse, ut eam pecuniam ipsi coniugi traderet.

Super hac re queritur, I. An amicus possit ea senta centum tuta conscientia retinere? II. An possit, atque adeo debeat ea tradere defuncti coniugi? III. An illud fideicommissum sit, cum nec proprie coniugi, nec amico vir id innuerit? IV. An potius sit actus iustitiae, gratiae animi, cum uxor singulare servitium præstiterit viro, cui compensationis exhibendae nulla alia prorsus ratio praesto est?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientiae subscriptum censet, Ducem, de quo in libello supplicii dictum est, nequaquam posse permissionem, quam militi promissit, ad eam, qua promissit, diem referre, quia ea esset veri nominis anticipatio, ac proinde falsitas, quae mendacium foret, neque enim unum & idem sunt, permissionem promittere, eamque tribuere. Dux hic permissionem, quam ei militi concessit, ut a militia recedat, antevens, & in eam, qua promissit, diem referens, illa ipsa die eam concessam fuisse significat, quod a vero alienum est. Et sane si miles, quod die dimissio promissa est, recessisset, penes Ducem ejus promissionem fuisse, ex quo sequitur dici non posse eam promissionem æquivalentem, seu commensurabilem permissionem esse. Non ita porro se res habet, si Dux militi, de quo queritur, permissionem oratenus tribuisset, eam enim tunc eadem die citra mendacium signare potuisset.

Quod autem opponitur, minime evincit veras subscriptionum anticipaciones permittas esse, aut citra mendacium contra veritatem aliquando dici, vel scribi posse. Quod enim assertur, I. De publicis solutionibus, quae fere multo ante notantur, quam praestite sint, facile declaratur, nempe satis esse inde apparere solutionem receptam esse, quam quidem eo ipso, quo notata est, die receptam nemo unquam putat, cum neminem lateat, quid consuetudinis obtineat quoad ea solutionum genera, ut proinde in hac facti specie proprie dicta anticipatio non adit, ut in expositione contemditur.

II. Exemplum, quod Judici proponitur, haud censetur exemplar esse schedulae, quia opus est, adeoque regulis congruit, ut, cum perit exemplar, aut Syngrapha, petatur a Iudice, ut alia describi liceat ex schedula apud Notarium deposita, ut proinde ex notis eidem appositis non ignoretur illud exemplum esse, seu secundam Syngrapham, neque id Iudices ipsos latet.

III. Cum Petro solvitur, quamvis Joannes proprie creditor sit, Petrus censetur veluti Procurator Joannis, qui per eum accipit, sentiendumque in hac facti specie nihil mendacii subsiste, quia cum solvitur, ratio tantum habetur tituli, ex quo constat Petrum creditorem esse, quin expendendum, aut videndum sit, an contra scripte littere sint, nec ne; id quippe inter Petrum & Joannem negotium est, quod ad solutionem minime spectat.

IV. Fictiones juris omnino mendacia non sunt, quia explicationem, ac significationem, qua fere accipiuntur, secum afferunt, & continent; verbi causa cum dicitur Regularis esse homo mortuus, vel vir & uxor esse una caro, vulgo innotescit, quia ut eorum verborum notio; ut proinde, pro communi intelligentia, duo varii sensus hinc non subsunt.

V. Mentitur Janitor, cum tamen domi est; in Congregationibus enim tum secularibus, tum Regularibus, adeoque in bene multis privatis Familiis bene moratis, ex quibus famendus mos est, qui regula loco fit, ut quid faciendum, quidque evitandum sit cognoscatur, in usu non sunt ea respondendi formulae, ut quæpiam se proderet & alloqui posse significetur; id enim mendacium esse crederetur. Ac re-

quidem ipsa Janitoris, aut servi responsiones ex dolam praeserunt, siquidem cum exprimi libet quempiam non esse domi, hac eadem omnino verba usurpantur.

VI. Mentitur, qui ait se desicere, quod scit, quamvis iam aures sciat. Nempe Confessarii tantum, si interrogentur, in eum modum respondere possunt, propterea quod nemo nescit, Confessarii utpote a Deo instituti, a quo peccata absolvi potestatem accipit, ministerium perlonæ potius Deum representantis, ejusque locum tenentis, quam hominis esse. Verum quoad alia omnia arca, si Confessionis secretum excipias, ea respondendi rationes adhibende sunt, quae id quidem, quod taceandum est, nequaquam detegant, sed quae tamen discrete non significent id nesciri, quod scitur.

VII. Is quoque mentitur, quid dicit sibi pecuniam non esse, quam mutuum dare non vult, si revera pecunia praesto sit, ea saltem mentalis restrictio est, quae redigit ad mendacium.

VIII. Mentiri non sunt sancti Viri, dum ad eos conciliandos, qui mutuo dissidebant, ajebant eos pravo animo non fuisse, quod iure diceretur poterant, quia iuxta charitatis leges de proximo cogitabant, ut par est cogitari, cum ignoratur, an interna proximi dispositio mala sit.

IX. Cum ad mentem interrogantis respondendo graviter peccatur, tunc respondendum non est; sed querendum sunt rationes, & quidem licitae, ut eludatur, vel nequaquam id pateat, quod reticendum est; restrictionibus autem mentalibus, æquivocis, amphibologiis, ut in expositione contemditur, uti non licet: hac enim prohibita sunt 26. 27. & 28. Propositionibus ex sexaginta quique, quae Innocentius XI. anathemate percussit, quod idem praestitit Clerus Gallicanus in Generali Congregatione ann. 1700. sic. 12. quae aliam quoque Propositionem addidit, quam proscriptit, videlicet Patriarchas, Prophetas, Angelos, Christum ipsum Dominum, ac potius jure Sanctos æquivocis, & restrictionibus mentalibus aios esse. Eminentissimus Cardinalis Noviliacensis Archiepiscopus Parisiensis in postrema Constitutione ann. 1703. edita, qua damnata Conscientiae Casum a Doctoribus quadraginta subscriptum, æquivoca praeter, & restrictiones mentales proscibit.

Ex his omnibus sequitur, æquivoca verba, & restrictiones mentales admitti non posse, multoque minus in praxi adhiberi; & fundamentum carere, qui his uti licere contendunt, cum is, qui interrogat, eo iure non gaudeat, ut sibi veritas detegatur; exempli causa dum interrogantis, an pranderis, an a deambulatione redieris, respondes, utique, quia heri quidem prandisti, vel deambulasti, licet ea die, qua interrogaris, neutrum praestiteris. Hinc fit, ut mendacii definitio, quae in expositione proponitur, haud bona fit, quippe quae illud ponit tamquam certum mentalibus restrictionibus uti licere, quae tamen, ut supra declaratum est, proscripta sunt. Mendacium esse studiata veritatis occultatio per dicta, vel per facta, illi, qui jus habet, ut veritas ipsi manifestetur.

Ad postremam quaestionem respondetur, uxorem teneri viro prestare ea omnia, quibus ille opus habet; & quae ipsa potest, officia; idemque de viro quoad uxorem sentiendum esse, quod propterea alterutri compensatione illa debeatur, ac proinde virum nec posse, nec vero debere coniugi quicquam donare, vel si inusitatum ac singulare servitium eidem praestiterit, seu directe, seu indirecte, exempli causa per Fideicommissum.

Si vir tantum speravit fore, ut amicus id, quod ei relinquerebat, sua coniugi traderet, adeoque rem omnem ejus bonae voluntati commisit, quod ex eo cognosci potest, si nempe nullum vel expressum vel tacitum inter eos pactum interstitit; hoc in casu potest amicus salva & incolam remanente iustitia id retinere, quod vir sibi reliquit, quia in his circumstantiis censetur ille voluisse amico liberum esse, ut vel ipse legatum teneret, vel coniugi traderet; ita tamen, ut ejus coniugi daturum speraret; hoc enim duo in donandis voluntate conjungi possunt, ut si nempe vere ac proprie donet, & speret fore, ut donata res alteri tribuatur. Quod si amicus ex aliquo satis gravi indicio cognosceret virum id sibi legatum non fuisse, nisi persolam habuisset futurum, ut ille id ipsum coniugi traderet, hoc in casu amicus nihil retinere possit, sed omnia prorsus viri haereditas reddere teneatur.

Decisum in Sorbona hac die . . . ann. 1704. G. Fromageau.

Quin hic repetatur, quod de Mercium, quae emuntur, pretio alibi dictum est; illud generale principium est, minoris emi non licere, eo prætextu, quod a venditore solutionis dilatio non petitur, sed numerata pecunia solvitur, & quandoque in antecessum, videlicet aliquanto ante traditam mercem, nisi emptor sit in casu lucri cessantis, aut damni emergentis, causa exempli si mercator pecuniam cum scœnore mutuari cogereetur ejus bono, a quo aliquid emerit, in hac facti specie licet emptori sibi sumere scœnus illud, quod ipse subiret, ut rem sibi venditam ante tempus solveret. Qua in re notandum est has circumstantias in praxi nunquam occurrere, atque ita spectatis rebus, prout fere se habent, asseri posse fere nunquam permittum esse quicquam infra pretium innumum emi

tum quoque cum emptor solutionem anticipat. Illud interim verum est minoris emi posse, cum solutio anteveritur, & probabiliter creditur fore, ut merx minoris valeat eo tempore, quo eam emptor debet accipere. Verum hac de re non agitur in sequenti facti specie, quae quidem ad Mercatorem spectat, qui minor, quom valent, pretio gemmas emit, ut mox apparebit.

Vide (E M P T I O .

C A S U S .

Pretium mercium pretiosarum, quales sunt gemmae.

- 1. Non licet Mercatori rem emere multo minoris, quam valet.
2. Negotiator margaritarius, qui 330. librarum pretio Sapphirum vendidit, quam 70. tantummodo libris emit, tenetur ad restitutionem, quia pretium illud nimium est.

Q U A E S I T U M .

Titius negotiator margaritaris Parisiis officium tenens ad omnium generum exquisitas gemmas vendendas, emendatque, nonnullis identidem conscientiae stimulis agitur, vendendis, emendivis pretiosis lapillis, ex quibus non mediocre percipit emolumentum; ac de ratione quidem, qua in hisce occasionibus se gerere debeat, moneri se cuperet. En facti speciem.

Mævius ignotus Titio ad ejus officinam venit, eique vendendum exhibet adamantem, qui sapphirus est, nummorum aureorum duodecim pretio. Titius perfectam examinatamque gemmam judicat saltem libras 200. valere posse, postquam expoliendam, & ad meliorem formam redigendam curaverit; offert Mævio libras 60. hic vero plures obtinere conatur, atque gemmam in haereditatis divisione ad se devenisse, & ultra quinquaginta nummos aureos olim constitisse. Sed tandem post velas aliquas contestationes 70. librarum pretio eam credit Titio, qui elaboratam vendit post dies quindecim pretio 330. librarum ejusdem generis Mercatori.

Obijcitur Titio lucrum hoc immoedum esse, ipsum venditori saltem duodecim nummos aureos, quos pro sapphiro petebat, tribuere debuisset, siquidem pretii prope dimidium se lucraturum esse providebat, adeoque ad restitutionem aliquam erga pauperes obligari, si Mævium venditorem cognoscere nequeat. Ille vero se his rationibus ab hujusmodi restitutione liberare conatur.

I. Non eadem harum mercium ratio est, ac granorum, pannorum, argenteae fappellitilis, alarumque rerum, quarum pretium certum ac definitum est Magistratus auctoritate, vel consuetudine ab earundem rerum negotiatoribus vulgo recepta ac servata; nihil ejusmodi lapilli conferunt ad vitam; earumque valor a vulgi tantum vanitate & ambitione pendet; ex quo fit, ut pro imaginationis varietate idem lapilli aliquando pretiosissimi sint, aliquando vilescant. Ejus rei satis exploratum exemplum occurrit in margaritis; siquidem torques, qui apud omnes negotiatores margaritariorum centum nummos aureos decem ab hinc annis valebat, post aliquot annos nisi quingentas aut sexcentas libras valet, propterea quia falsae margaritae inventae & in usu posita sunt.

II. Quod de margaritis allatum est, non minus occurrit in gemmarum negotiatione; hoc enim tempore fere unus adamans in pretio est; quod in causa est, ut multo minoris quam olim aestimantur omnes lapilli, qui colorati dicuntur, ejusmodi sunt smaragdi, topatii, sapphiri, & id genus alii. Quod adeo verum est, ut hic idem Titius, qui consulit, nunc forte vendat coloratum lapillum, quem annorum pluraquam quindecim spatio vel cum damno, aut pro numerata pecunia vendere nunquam potuit. Quam quidem rationem ipse attulit Mævio, qui ante quam 70. librarum pretio sapphirum cederet, proposuit Titio, ut illud sibi pretium perfolveret, quod eam valere posse ipse persolam haberet. Respondit Titius id se prestare non posse, quia ejusmodi lapillum nullus in mercatura usus erat; ut facile Mævius cognosceret, illum nolle eam emere, nisi se decessit temporis magnam inde emolumentum percipere posse speraret.

III. Merx oblata censetur pretii longe minoris, praesertim cum emptori ostendatur ab eo, cui ejus prope notus est valor. Mævius Titium convenit sapphirum offerens, & iniquiens alias eam quinquaginta nummis aureis constitit; proinde Titium eam putat se emere falsa iustitia 70. librarum pretio, cui Mævius assentitur, quamvis noverit eam alias multo pluris valuisse.

Quod Titium in sententia confirmat, illud est, quod non ipse solus Parisiis, immo vero in eadem via plures alii eam

(a) Bassivus v. venditio num. 8.
(b) Diana l. part. traç. 6. resol. 56. Lellius de iure, & justitia. Tom. II.

mercaturam exercent. Quamobrem potuit Mævius sapphirum suam Mercatoribus multis offerre, ut eam carius venderet; & sane fit vero simile id eum facere non desistisse; atque adeo certum est ipsum jam negotiatori prope Titium existentem eam ostendisse.

IV. Ait ad extremum Titius se gravi dispendio obnoxium esse, praesertim ob pretium domicilii, quod occupat, utpote coactus ibi degere, ubi carius domicilia locatur; atque ita se non posse subistere; si hujusmodi quæstus demantur, non solum quia fere, haud facile tales merces venduntur, verum etiam quia praesertim ab anni spatio ejusmodi commercium prope de medio sublaturum est propter annoam caritatem, pecuniae penuriam, vestigalia, vicissitudines, quae in publicis negotiis passim occurrunt, & quod inde consequitur, in familiis. Ex quo Titius concludit se sibi non videri ad ullam restitutionem in proposito facti specie obligari, praesertim cum haec merces non congruant nisi divitiibus; & sculo deservientibus, quos proinde par est eorum usum ceterorum carissime solvere, ac ceteroquin hi casus perarum contingant.

Expensis his omnibus, Titius interrogat, an tuta conscientia sit, quaestu proposito non obtinente, ac si quid forte restitueret debeat, quatenus obligetur. Denique restitueri cum debet, possitne id facere in inopum consanguineorum gratiam, quibus ex longo tempore opulatur, id sibi proponens impofterum tanquam iustitiae, ac restitutionis opus?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientiae subscriptum censet in proposita facti specie duo spectari posse; I. (a) emptionem sapphiri, quam Titius exequitur; II. ejusdem venditionem, quam peragit, postquam eam elaborandam curavit.

I. Quod attinet ad emptionem, quamquam, ut est in communi proloquio, merces utrovque valiosiores, nec necesse est mercatorem tanti rem emens, quanti eam vendendi jus habet, quia rationi consonum est, Mercatorem, cujus officium ad publicum bonum spectat, ex emptis mercibus aliquid lucri percipere, non inde tamen sequitur a mercatore quicquam legitime posse minoris emi, quam valet. Inaque heri potest, ut Titius sapphirum, de qua agit, 70. libris emens, infra iustum pretium emerit.

Et sane sapphiro huic suum re ipsa, & ut ita dicam, intrinsecum pretium est; sed quoniam consuetudine commercii ratione, perinde ac cetera ad vitam spectantia non continentur, ejus proinde pretium communi aestimatione non est determinatum; atque illud quidem alia ratione statuendum est, nempe iudicio viri rei margaritarie periti, qui ejus pretium definit; id non omittens, quod ejus valorem imminuere potest, exempli causa ejusmodi lapillos non amplius ita ut antea in usu esse, fierique verosimillimum Mævium ostendisse, quae exhibuisset sapphirum Mercatoribus multis, antequam Titius eandem emerit. Ut igitur intelligatur, an sapphiri emptio a Titio praestita cum iustitia congruat, hujus idonei viri iudicio standum omnino est.

II. Sapphiri venditio, quam Titius edidit, ultra iustum pretium esse potuit, ac proinde ipse, cum iustitiam violaverit, restitueret teneretur. Porro 330. librarum, quod venditionis est, pretium cum libris 70. quibus sapphirus emptus est, comparatum videtur immoedum. Demum enim vel emptionis pretium nimis exiguum est, & hoc in casu venditori, nempe Mævio restituendum est, cum venditio 330. librarum pretio facta fuerit; vel emptionis pretium iustum & legitimum est, & tunc Titius sapphirum carius vendidit; ex quo sequitur ipsum emptori restitueri debere; neque enim est vero simile ex elaboratione tantum valoris accejisset sapphiro, ut post quindecim ab emptione dies ejus pretium 260. libris augeri potuerit.

Non creditur Titius ad tuendam venditionem sapphiri, quam edidit, id ponere velle principii loco, quod pretiosus & raris rebus accommodatur, ut nonnulli Auctores contendunt, nempe tantum valet, quantum vendi potest. Hanc enim regulam sanguinem cupiditati atque avaritiae patrocinantem rejiciunt Theologi bene multi, atque illi ipsi, qui inter Casuistas in Morali strictiores non audiunt. Videri hac in re postulat Diana, Lessius, aliique. (b) Latius quoque serperet hac alia regula, affectum, quo quis rem prosequitur, aut usum, quem ejus facit emptor, & commodum, quod inde percipit, satis iustus

tia lib. 2. cap. 21. dub. 3. Digest. l. 63. lib. 35. tit. 2. & tit. 63. ad Falcidiam.

justos titulos esse, ut venditor ejus pretium augere possit: Preterea verum non ex affectu, neque ex utilitate singularum, sed communiter sequatur, inquit Lex.

Nec juvat Titium dicere, I. Mercatori, propterea quia ut suam professionem qua cateroquin republice prodest, exerceat, dispendiis obnoxius est, jus esse ratione habita mercium, quas vendit, pretium augendi, easque proinde multo carius vendendi, quam emit. II. Mercatorem exempli causa Pretiosos lapillos, qui non amplius facile veneant, ementem subire periculum, eos apud se diu retinendi, atque ita longo temporis spatio nihil ex sua pecunia lucrandi. III. Cum ejusmodi pretiosa res nobilibus potissimum, vel opulentis viris venduntur, qui eas fere non emunt, nisi ut propriam vanitatem expleant, ac voluptatis gratia, videri tunc eas vendi posse multo carius; praesertim vero quia cum illi emere conseruerint, quin fere de pretio disceptent, id quodammodo Mercatoribus donare censentur, quod in soluto pretio nimum est. Ad has nempe rationes tres, quas affert Mercatorum perique, respondetur.

Ad primam. Has omnes impensas, quibus Mercator obnoxius est, ut in suam negotiationem exerceat, cujusmodi sunt locata domus fenum, ministrorum stipendia, denique curae omnes, quas in mercatura suscipit, nihil aliud evincere posse; quam licere Mercatori carius fere vendere, quam emit, & ex propriis mercibus lucrum percipere, non tamen ultra justum pretium, definitum estimatione communi, si de consuetis mercibus agitur, vel estimatione peculiari virorum rei verbi causa margaritarum peritorum, si de pretiosis lapillis vendendis ageretur. Illud porro tamquam certum semper ponendum est, in alicujus mercis, quacumque tandem ea sit, estimatione sumptus omnes legitimos comprehendendi, certique pretii ratione pensari.

Ad alteram. Non esse necesse, ut Mercator emat rem, quam se non facile praevideat venditurum; aut si quidem emit, ei non licere eam vendere ultra justum pretium, quod non aliud esse debet, quam quod peritus vir, rebus omnibus ponderatis definiisset, si cum res est vendita, consultus fuisset.

Ad tertiam. Ambitio, vel affectus emptorum nequaquam legitimus titulus est, quamobrem Mercatores ultra justum pretium vendant; idemque sentiendum est, si qui emunt, sint viri Principes, aut opulenti; nihil enim horum quicquam afficit rerum pretium. Saepo quidem hi viri Principes suam pecuniam largius erogant, quam ceteri; verum non propterea ultra justum pretium exigendi, aut vendendi jus suppetit Mercatori, atque adeo nisi conflet eos viros divitiis, & opibus affluentem fere rerum pretium non ignorare, aut nisi idem pretium isdem significatum fuerit, non censentur Mercatoribus id donasse, siquod mercis, quam emunt, justum pretium excedit; etenim in universum non censentur emptores velle donationem facere immoedici pretii, quod pro aliqua merce solvant, nisi noverint ejus pretium, & id, quod excedit, ultro concedant.

Ex his omnibus consequens fit Titium videri justitiam violasse, vel emendo Mevii sapphiro, vel vendendo, atque adeo fortasse in utroque causa. Nihilominus, ut de re certior sit, probi viri, & haec rerum perita instrua judicio stare debet, qui quidem definit, quodnam esse potuisse sapphiri pretium eo tempore, & in his circumstantiis, in quibus eam Titius emit, & ex alia parte, quodnam poterit esse, postquam eam Titius elaborandam curavit, suaque industria perfecit, ut venditioni magis esset accommodata, quam fuerat emptiois tempore. Ex hoc periti viri iudicio Titius intelligitur, quicquam Mevio, eique pariter, cui 330. libris eam vendidit, an vero solum alterutri restitueretur teneatur.

Facta hypothesi, restitutione aliqua opus esse, & maxima licet diligentia ad eos, quibus restituendum est, cognoscendos adhibita fuerit, eos tamen non detegi: potest Titius in hac facti specie restitutionem hanc in suorum inopum sanguineorum solatium ea, qua supra dictum est, ratione conferre.

Decisum Parisiis hac die 20. Januarii an. 1701. G. Fromageau.

Liquido constat Missae vocabulum; quod apud Sanctos Ambrosium, & Leonem (a) occurrit, a latino verbo *mittere*, unde Misa ad missionem, seu dimissionem significandam, derivari. Vocabulum hoc initio statim ad exprimendam Catechumenorum dimissionem usurpatum est: usque ad Missam Catechumenorum, inquit Concilium Carthaginense IV. Can. 84. & deinde ad Sacrificium ventum est; hinc omne initium Missae, ad quod Catechumeni admittebantur, dictum est *Missam Catechumenorum*; & quicquid Liturgiae supererat, cui quidem solis Fidelibus interesse licebat, *Missam Fidelium*. Sed cum hac duae partes deinde conjunctae essent, & unum, idemque Liturgiae corpus constituerent, iis inditum est Missae nomen, quod tandem praevaleuit, solumque remansit in consueto Ecclesiae sermone, & vulgo receptum est ad Eucharistiae oblationem significandam. Haec fere de hujus vocabuli origine sententia est.

Nonnulli docti Viri credere *Missae nomen dictum esse* ab hebraica voce *Missach*, quae voluntariam oblationem significat, & ab Apostolis, aut proximioribus eorum Discipulis Sacrificio tributum fuisse. At si ita res haberet, apud veteres Ecclesiasticos Auctores dubio procul occurreret, quemadmodum in Liturgia nostra servata sunt Hebraica vocabula *Amen*, *Alleluja*, *Sabaoth*, *Hosanna*, & *Missach* nomen & ipsum retentum fuisset apud priorum Saeculorum Fideles, qui eo perinde ac ceteris, quae attulimus, usi essent. In hujus quidem denominationis confirmationem nonnulla eorum temporum testimonia proferuntur, sed pleraque depromuntur ex Epistolis Decretalibus, quae omnium Eruditorum iudicio tamquam Impositoris, Isidori nempe Mercatoris, malarum mercium venditoris opus rejiciuntur; quae porro ducuntur ex Sancto non sunt (b). Earum quippe Epistolarum falsitatis probationes bene multae occurrunt apud Auctorem, qui cum omnium maxime valeat in decidendo, audet omnium minime. Sed esto nonnullis ex probationes factis graves non videantur ad falsitatis eas Epistolas convincendas, saltem suspectae sunt, ut de iis dubitetur; dubiis porro testimoniis quid ponderis inesse potest ad factum firmandum? Haud graviori nititur fundamentum sententia Albaspinæ Aurelianensis Episcopi derivantis *Missae* vocabulum ex antiquo septentrionalium Populorum nomine *Missia*, quod *Festum*, seu Congregationem significat. Has omnes opiniones generatim repudiant, quicumque graviter hanc rem discussurunt; & unanimi sententia statuunt a *Missione*, scilicet a dimissione tum Catechumenorum, tum Fidelium Missae vocabulum ductum esse.

Missae constat partibus duabus; prima est Missa vetus Catechumenorum; altera vero celebratio, & consecratio Eucharistiae, addita Communioni; quae ex antiqua consuetudine consecrationem subsequitur. Quod attinet ad orationes peculiare, & caeremonias, quae in Missae celebratione usurpantur, ea quidem pro temporum, & Ecclesiarum varietate variae fuerunt. Hinc extitit Liturgiarum diversitas apud Orientales, & Missarum pro locorum diversitate apud Occidentales. Olim Missae omnes solemnes erant, & in iis Populus communicabat. Saeculo VI. pedetentim obtinuit consuetudo celebrandi peculiare Missas, quae privatae nuncupantur; cum tamen *regulariter loquendo* id nominis iis tribui non debeat, quippe quae pro universa Ecclesia offeruntur; sed ille in Sacellis, locisque peculiaribus offerri possunt Episcopo permittere, ut SS. Joannes Chrysostomus, & Gregorius Magnus non uno in loco testantur. Posteriorum temporum Haereticis privatae Missas eas appellaverunt, in quibus solus Sacerdos Sacramentaliter communicat, eaque damnarunt; sed Tridentina Synodus *sess. 22. Can. 8.* iis eos obstruxit, & in hoc articulo eos ipsos damnavit.

Quam-

(a) S. Ambrosii Epist. 20. Claf. 1. n. 4. Edit. Benedic. 5. Leo Epist. ad Dioc. c. 1.

(b) Tillemont. adnotat. in S. Pium, & adnotat. 3. in S. Irenaeum.

Quamvis constet Missam ideo institutam fuisse, ut publice in Fidelium conventu celebraretur; non inde tam sequitur eam a Sacerdote peculiariter absque solemnitate, & cum unius tantum Clerici; qui eidem responderet, adfidentia celebrari non posse. (a) Nihil, quod id prohibeat, occurrit vel in sacris Litteris, vel in Traditione, vel in Conciliis; immo vero, ut monet recentior Auctor, est, cui ea praxis firmetur ex iis Christi Domini verbis in Evangelio: *si duo ex vobis consenserint super terram, quicquid petierint, fiet illis a patre meo, qui in caelis est; ubi enim fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.* Ex quo infert Auctor hic, Sacerdotem, si unus, vel duo tantum Fideles adfident, posse eos in Christi nomine congregare ad offerendum Patri caeleste Sacrificium, cuius hic idem Salvator est Sacerdos, & victima. Semper porro, addit idem Auctor, ita celebrari posse creditum esse utque a prioribus Ecclesiae saeculis, vel cum necessitas postulare, vel etiam ad alicujus tantum id cupientis utilitatem; & ad id offendendum laudantur (b) Sanctus Cyprianus, Sanctus Paulinus in vita S. Ambrosii, Sanctus Augustinus, Innocentius I. & Concilium Chalcedonense.

Fit tamen admodum verosimile ex eo Missas privatas originem suam traxisse, quod Pontifices & Episcopi Regularium Missae in suis Monasteriis celebranda veniam concesserint. Cum autem nonnulli Episcopi Monachos ad vetus institutum redigere vellent, non patientes inter eos existere Sacerdotes; Gregorius M. in eorum gratiam ad quemdam Episcopum scripsit, ut eos in Monasterio celebrare pateretur; ex quo potissimum extiterit Missae privatae, quarum retributio confert ad multarum Regularium Communitatum sustentationem. Animadvertitur & illud X. & XI. Saeculi pietatem eam fuisse, ut aliquoties duae Missae celebrarentur, addita diei Missa Defunctorum. Cardinalis Petrus Damianus cujusdam Abbatis mentionem facit, qui cum se officio abdicasset, Missas duas quotidie celebrabat. Haec lucri studiosi devotio plus quam semel in die celebrandi facile apud Sacerdotes est propagata, & etiamnum fortasse obtineret, ni Concilia ejus imperum cohibuissent. In Anglia Provincialibus Constitutionibus an. 1525. typis editis prohibetur, ne duae Missae una, eademque die celebrarentur, exceptis Festis Paschatis, & Natalis, ac die, quo mortuus sepeliretur. Consuetudo haec nunc temporis abrogata est, excepto Natalis Dominici festo die, quo Sacerdotes Missas tres, ablationem in posteriore sumentes celebrare possunt. Atque haud ita pridem praeter consuetam Missam recitabant Sacerdotes id, quod dicitur *Missam nautica*, aliter *Missam sicca*; adeoque probabile est Evangelia, quae multis in locis, in iisque praesertim, in quibus erga Beatam Virginem devotio maxime viget, nunc temporis leguntur, earum Missarum siccaram reliquias veluti quaedam esse. Hoc autem loco de privatis tantum Missis sermo est, quae a Monasteriis ortum traxere.

Afferunt Martene exempla nonnulla sanctorum Abbatum, aut (c) Monachorum VII. VIII. & IX. saeculi, qui Missam quotidie celebrabant; ex quibus concluditur eorum Missarum partem id fuisse, quod nos privatas, seu peculiare Missas nuncupamus. Sed ille super eorum sanctorum Monachorum praxi prudenter animadvertit, quotidie celebrandi consuetudinem his ipsis saeculis admodum raram fuisse, & Regularium quoque sanctissimos, atque integerrimos sacro quodam horrore perculsos a quotidiano Sacrificii usu abstinuisse, tam saepe ad illud accedere non audentes. Si enim id moris inter omnes Monachos commune fuisset, ut monet idem Auctor, quid causae fuisset, cur eorum praxis tamquam aliquid singulare commendaretur? Sacerdotes Cluniacenses, & Cistercienses Missam quotidie non celebrabant; saepe etiam Cistercienses ab ea abstinebant die Dominicis, eisque liberum erat eo die, si voluissent, in magna Missa communicare. Ex historia compertum fuit Cisterciensibus ne unam quidem Conventualem Missam ferialibus diebus fuisse, ne dum eorum Sacerdotibus quotidie Missam celebrare liberum foret; & hic quidem mos usque ad saeculum XIV. dimidium inter eos viguit. In Statutis an. 1303. editis a Monachis S. Germani Pracentis num. 10. praecipitur ejus Monasterii Sacerdotibus, ut Missam dicerent bis in mane, vel saltem semel, Benedictus XII. in sua pro Benedictinis Monachis Constitutione mandat, ut Sacerdotes in Conventu degentes bis, aut ter in hebdomada Missam celebrant; qui autem sunt in Prioribus, aliiive locis non Conventualibus, semel tantum, modo tamen id faciant ea reverentia, atque observantia, quae tanto Mysterio debetur, *salva honestate, & debita devotione*. Constitutio hac longo admodum tempore apud Benedictinos servata est; atque in Constitutione, quam Coelestinus an. 1629. Romae imprimendam curavit, Sacerdotes non nisi tertio quoque die jubentur Missam dicere.

Est admodum verosimile Mendicantes eorum Monachorum, qui ceterorum maxime regulam servabant, praxim initio quidem secutos esse. Id fane de Fratribus Minoribus constat, quoniam Sanctus Franciscus Assisi in epistola ad sui Ordinis Sacerdotes scripta, eos monet, hortaturque, ut unam tantum in die Missam celebrant, & in Monasteriis, ubi plures sunt Sacerdotes, unus solummodo celebrat, ceteri vero Missam audire contenti sint. En ejus verba: *Moneo praeterea, & exhortor in Domino, ut in locis, in quibus morantur Fratres, una tantum Missa celebratur in die, secundum formam sanctae Romanae Ecclesiae. Si vero in loco plures fuerint Sacerdotes, sit per amorem charitatis alter contentus audita celebratione Sacerdotis alterius.* Cardinalis Bona afferit responsa, quibus nonnulli hunc textum interpretantur, atque eadem refellit, ut parum solida, & violentas explicationes afferentia Textui, in quo S. Franciscus aperte Fratres cohortatur, ut una tantum Missa quotidie in quoque Conventu celebraretur, ceteri vero Sacerdotes eam audiant. Quamdiu haec praxis perduraverit, non constat; sed asseri potest, donec apud eos viguit manuum labor, qui iis partim sustentabantur, ipsos una tantum Missa contentos fuisse. Fidelium devotio, qua plures Missae expetita sunt, cum morem mutavit; sed cum frequens Missarum celebratio fovenda cupiditati inserviret; jussit (d) Tridentina Synodus, ut, quicquid avaritia, aut superstitio Sacrificii dignitati contraria induxisset, aboleretur.

Nolebant Episcopi, ut Sacerdotes privatae Missas Dominicis, Festisque diebus publice celebrarent, ne populus, qui monitus acervatim ad eas Missas veniebat, Solemnem Missam, quae pro eo celebrabatur, non amplius audire vellent. Theodolphus Aurelianensis Episcopus permitit quidem suis Sacerdotibus, ut diebus Dominicis peculiare Missas celebrant; sed ea tamen conditione, ne ullo dato signo populum moneant, quo populus a Solemni Missa non abducatur, & sequenti capite mandat Sacerdotibus tam Urbanis, quam Suburbanis, ut eidem intersint ipsi, quamvis privatim Missam jam celebraverint. (e) Ex hujus Episcopi Capitulati intelligimus Sacerdotes privatim matutino tempore celebrasse, quoniam, postquam ipsi

(a) Tractatus Historicus de Liturgia Sacra Auctore Bocquillot in 8. Parisiis an. 1701. pag. 383. Martii. 18. v. 19. & 20.
(b) S. Cypri. Epist. 5. S. Paulinus in vita S. Ambrosii August. l. 22. de C. D. cap. 8. n. 6. Innoc. 1. ad Epist. ad Decent. n. 5. Conc. Chal. can. 6. & 8. Petrus Damian. Epist. lib. 6. Epist. 15.
(c) De Antig. Monach. ritibus lib. 2. c. 6. n. 3. Vide epistolam de antiqua disciplina quoad Missae celebrationem, quae tribuitur Duppino pag. 73. & seq.
(d) Concil. Trid. sess. 21. de Sacrif. Miss.
(e) Capitul. Theodolph. Aurelian. c. 47.
Lamer. Tom. II.

(e) De Antig. Monach. ritibus lib. 2. c. 6. n. 3. Vide epistolam de antiqua disciplina quoad Missae celebrationem, quae tribuitur Duppino pag. 73. & seq.
(d) Concil. Trid. sess. 21. de Sacrif. Miss.
(e) Capitul. Theodolph. Aurelian. c. 47.

ipſi celebrarent, ſolemni Miſſæ; quæ hora tertia celebrabatur, intereſſe debebant. Quod ſi Sacerdotes potiori jure Fideles ea obligatione adſtringebantur, cum Parochialis Miſſæ inſtitutio eo demum ſpectet, ut ob beneficia per hebdomadam accepta Deo gratia reddantur, & ei, quæ debentur, officia præſtentur in propria Eccleſiâ, duce, ac Magiſtro Pastore proprio, una cum cæteris omnibus ovibus, quæ eodem tempore ejus vocem, & ſalutares inſtructiones audire debent. Ut igitur ei Miſſæ interſint, Fideles omnes ſeſulo tenentur incumbere, niſi legitimo impedimento diſtineantur; id, quod diſcretis verbis præſcriptum in Canone *Ut Dominicus*, in quo ſtatuitur, ut qui de Solemni Miſſa in ſua Parochiâ audienda nequaquam ſollicitus, ad eam in aliena Eccleſiâ Dominicis, feſtiſque diebus audiendam fe conferret, areatur, & in propriam Parochialem Eccleſiam compellatur. Eorum, qui ſequuntur, Caſus poſtremus obligationem hanc ſolide firmat.

Ex quo Fideles, Solemni Miſſarum loco in propriis Parochiis, ſatis habere privatas Miſſas audire, qui inter cæteros eminebant, ſibi in propriis ædibus Sacella, & Sacerdotes, qui ibidem Sacrum facerent, quaſiverunt. Ita paſſim irreperat abusus hic ætate Agobardi, qui ſæculo IX. vivebat, ut ſere nemo unus eſſet, qui Sacerdotem domeſticum, ad nutum celebraturum, & aliis quoque uſibus inſervientem haberet. Eo prætextu publicis officiis Fideles non amplius intererant, eamque tantummodo, quam in propriis domibus celebrandam curabant, Miſſam audiebant; in quem abuſum acriter Agobardus invehitur. Hi Sacerdotes ex ipſorum Domini nomine nuncupabantur, quem abuſum damnat Nicolaus I. in epistoſa ad quemdam in Gallia Epiſcopum, quæ in Hugonis Flaviniacensis Chronico referetur; in qua Epistoſa Pontifex ait ridiculum ſibi videri, quod Epiſcopus ſcribat, eum, quem nitrebat, Comitibus Gherardi Sacerdotem eſſe. Fateor, inquit ille, me neſcire, quid iſthæc tua loquendi ratio ſibi velit, & quid ea denominatione intelligere poſſis? Hinc Comes Gherardus eum Presbyterum conſecravit? Ejuſdem Diocæſanus eſt? Ubinam ejuſmodi rem legiſti, undenam didiciſti? Ideone, quod Presbyteri, juxta Eccleſiæ Leges in peculiaris Eccleſiæ gratiam ordinati non ſunt, ſed in Laicorum domibus inſtituti, non Dei, ſed cæteræ Eccleſiæ, ſed Comitibus, aut Ducibus Presbyteri nuncupantur? Hi Clerici ſuorum Patronorum gratia ſervi propriorum Epiſcoporum jugum excuſerunt, & acephali evaſerunt; id, quod damnatum ſuit in Concilio Romæ habito an. 850. & Urbano II. in nono Canone Concilii Melphitici.

Poſt Tridentinæ Synodi, ad Miſſarum celebrationem quod attinet, reformationem Presbyteri novas extendit avaritiæ rationes excogitarunt. Nonnulli adſtricti celebrandæ Miſſæ obligatione vel ob Capellam, vel ob aliud Beneficium, vel ob Legatum acceptatum, vel ob acceptam in antecæſum retributionem, novas alias retributiones accipere non ſunt veriti, contententes ſe unius Miſſæ ope pluribus perſonis ſatiſfacturos. Abusus hic ad Cardinalium Congregationem ad Tridentinum Concilium interpretandum inſtitutum delatus, & ab eadem proſcriptus eſt an. 1616. Neque ex Parochiis ipſi deſerere, qui contententur ſibi ſuis eſſe retributiones accipiendi, & fundationibus applicandi Parochiarum Miſſas, quas diebus feſtis, ac Dominicis celebrant, quaſi vero non propterea ſolverentur ipſis proventus ii, quos ex ſuis Eccleſiis percipiunt. Aliorum pravitas ulterius quoque progreſſa eſt; in ejuſmodi devotionibus ſœminarum animis inſpirandis induſtriæ, atque ingenioli ad ſe trahunt, quam plurimas poſunt, Miſſarum retributiones, longeque plures, quam ipſi per ſe poſſint ſatiſfacere; Sacerdotes deinde conquirunt, qui minore, quam ii accepterunt, retributione contenti, Miſſas, ipſorum loco, celebrant. Hunc abuſum proſcribit Urbanus VIII. non ſolum ad verſus eos nominatim Sacerdotes, qui, quod ſuperest, retributionum ſibi retinent, verum etiam contra Sacriſtias, & alios Eccleſiarum Adminiſtratores, qui quod ex retributionibus remanet, compenſationis loco pro Luminariis, Ornamentorum, &c. procuracione ſibi retinent. Urbani VIII. (a) prohibitio non impedit, quominus cupiditas prævaleret, atque adeo Caſuſtarum nonnulli audent eidem patrocinari, & aſſerere non dubitarent, poſt Urbani VIII. Decretum Sacerdoti complurium Miſſarum obligatione obſtricto licere earum celebrationem, tradita ſolum portione elemoſynæ, aliaque ſibi reſervata, alii committere. Sed hæc Propoſitionem rursus Alexander VII. anathemate perculit.

Miſſarum Fundatio.

C A S U S I.

1. Tenetur hæres Miſſæ defuncti reſtamento inſtitutiſſis ſatiſfacere pro reſtatoris voluntate.
2. Non debet hic hæres viles, ac ſordidas obligationis implendæ rationes querere, ne hæc Miſſas in earum locum ſufficiat, qua in ipſius Sacello celebrari ſolent.
3. De earum celebrandarum loco Epiſcopus eſt conſultandus.

Q U Æ S I T U M.

VI gradu præſtant multorum bonorum ad varias perſonas, in diverſis Provinciis degentes ſpectantes hæres, eorum teſtamentis, ut preces pro ipſis jam fato ſunctis Deo offerendas curaret, obligatione ſe obſtrictum intelligens ſcire cupit, an Sacerdotem ſecum habere poſſit ad tutiorem univerſæ obligationis executionem; ſiquidem Teſtatorum intentio non videtur iſis locis, ubi e vita exceſſerunt, Miſſas addicere, certa ſolum pecunie ſumma deſtinata huic intentioni, non cenſetur illum deſinitum locum ſpectare; præterquam quod eſt quidem rationis, quæ ſibi obinet, minime fatiſcit. Rogantur Sorbonæ Doctores, ut ſuam ſuper hoc negotio ſententiam ſcripto proferant.

R E S P O N S I O.

Conſilium Conſcientiæ ſubſcriptum cenſet, I. Si res in Libello ſupplicii diſtinctus, & enucleatus propoſita eſſet, videlicet ſi declarata eſſet Teſtatorum intentio, & præcum ratio, an titulo fundacionis, in perpetuum,

(a) Bulla Urbani VIII. quæ incipit: Cum ſæpe contingat, Decret. Alexandri VII. adverſus laxas Caſuſti. propoſitiones, propoſi 9.

2. Debet a celebrando abſtinere, jejuare, orare, elemoſynas erogare, & in Seminarium ad tempus ſeſe recipere.

Q U Æ S I T U M.

Miquis caſtigata vitæ Sacerdos, cum Miſſam celebrare non conſueviſſet, bis celebravit officii gratia, & ut nonnullis, aliquo Miſſam non audituris obſequeretur; verum ſeu quod gravis aliquis culpe ipſe ſibi conſcius eſſet, ſeu aliis de cauſis nequaquam perſpectis, in utraque Miſſa verborum pronuntiationem, & conſecrationem omiſit. Quæritur, idonee in excommunicationem incidit, quam ei poenitentia ſit imponenda?

R E S P O N S I O.

Conſilium Conſcientiæ ſubſcriptum nihil expreſſum invenit vel in Jure, vel extra Jus, unde conſlet Sacerdotem, de quo præſens queſtio proponitur, in ullam excommunicationem, quod abique conſecratione Miſſam celebraverit, incidit. In Capite quidem *Relatum de conſecratione diſp. 2.* communiõe privatur Sacerdos, propterea quod non communiõem celebraverit; ſed ea proprie non eſt facti ſpecies, de qua agitur in præſentia. Præterea monente Caſtro-Palao (a) in Tractatu de cenſuris ea potius ſuſpenſio eſt, quam excommunicatione. Ut ut res habeat, videlicet eſto Sacerdos hic nullam cenſuram ſubiſſet, ei tamen ob tantum crimen gravis, eique reſpondens poenitentia imponenda eſſet; puta ut abſtineret a Miſſæ celebratione, per aliquod tempus in Seminario moraretur, jejunio vacaret, elemoſynas erogaret, orationes ſe dederet. Ut uno verbo res expediat, rationi conſonum eſt, ut Sacerdos, de quo ſermo eſt, atatem ſuam, ſua bona, ſuam denique valitudinem perpendat, quo ſibi poenitentiam deſinat. Decret. fortaſſe ejus Directorem ab Epiſcopo petere irregularitatis remittenda facultatem, ſi poenitentiam in eam incidit, Eccleſiaſticis muneribus poſt ſuſpenſionem perſuſus. Sed his omnibus conſiliis initis; ei tamen abſolutio hæc ita cito tribuenda eſt.

Deciſum Pariſiſ hac die 29. Septembris an. 1704. G. Fromageau.

Miſſa in peccati mortalis ſtatu audita.

C A S U S I I I.

1. Eorum opinio, qui ajunt Miſſæ audicionem cum habitudine, & affectione ad peccatum eſſe graviffimum, & aliquando mortale peccatum, non ullo ſatis gravi nititur fundamento.
2. Peccator Miſſæ intereſſe debet attentè, reverenter, ac religioſe.

Q U Æ S I T U M.

Antilita Regularis Familiæ cum ex Confefſario, quem extra ordinem ad cuſumdam e ſuis Monialibus conſefſionem audiendam acciverat, adviſiſſet, eum, qui cum habitudine, & affectione ad peccatum mortale ſacraſancto Miſſæ Sacrificio intereſt, graviffimum, atque adeo mortaliter aliquando peccare, monendum ſibi eſſe credidit Directorem Miſſionis Regularium Mendicantium, qui eo nimirum tempore ibidem erant. Eo igitur auctore impugata eſt Confefſarii doctina habet Sermonem, qui eo ſpectavit, ut probaretur eam a Tridentino Concilio damnatam fuiſſe, dum in eos anathema pronuntiavit, qui ajunt omnes actiones, quæ ante juſtificationem ſunt, quocumque demum ratione ſiant, vere, ac proprie dicta peccata eſſe; id, quod querendi occaſionem præbet.

I. An Eccleſia damnans propoſitionem hanc: in actionibus juſtificationis præcedentibus, quomodocumque ſiant, exiſtant veri nominis peccata; & hanc aliam, quam Bajus propoſuit: quicquid peccator, ſeu peccati captivus facit, peccatum eſt; ex conſequenti hanc quoque ad peccatum mortale, graviffimum, & æſtione etiam mortaliter peccat?

II. An doctrina hæc propagari, & ad judicium in Poenitentia Tribunali ferendum firmari poſſit, utpote qua a Catholicis Auſtoribus aſſertur, cuſuſmodi ſunt Pater Alexander in Theologia dogmatica & morali tom. 9. l. 4. Regula 9. pag. 819. Merſenius in Summa tom. 1. p. 67. & tom. 2. p. 412. Tourneau in libro de meliori modo audiendi Miſſam. c. 1. Auſtor Moralis Chriſtiane ſuper Pater l. 3. ſect. 3. art. 4. an vero aſſeri poſſit eum, qui ita ſentit, erroris ſuſpicionem non carere?

III. An revera doctrina hæc a Romana Sede proſcripta ſit, damnato Libro Morali Chriſtiane ſuper Pater, ut Miſſionarii Mendicantes pronuntiare non dubitarunt?

(a) Caſtro-Palao Diſp. de Cenſuris diſp. 4. §. 2. n. 6.

R E S P O N S I O.

Conſilium Conſcientiæ ſubſcriptum cenſet Confefſarium ajentem, Miſſæ audicionem cum peccati habitu, atque affectu peccatum eſſe graviffimum, atque adeo aliquando mortale, ſecutum non eſſe hæc in re ſententiam, quæ ſere obinet inter Theologos, & maxima probabilitate nititur; verum quorum Theologorum opinio, cujus hæc ſatis grave fundamentum occurrit. Non eſt tamen conſuſenda hæc opinio cum Hæreticorum errore, quem Tridentina Synodus his verbis proſcripſit: Si quis dixerit opera juſtificationem præcedentia, quocumque modo ſiant, vere ac proprie peccata eſſe &c. vel cum hac propoſitione Bajii, a Pio V. damnata: quicquid facit peccator, vel ſervus peccati, peccatum eſt. Qui enim contendunt ſacraſancto Miſſæ audicionem in mortali peccati ſtatu mortale peccatum, non propterea de quibusvis operibus extra gratiæ ſtatum præbitis idem ſtatunt: id unum dicunt ſanctum hoc Sacrificium ob reverentiam a Fidelibus eidem debitam poſulare tamquam neceſſariam diſpoſitionem ab iſis, qui interſunt, ut in gratiæ ſtatu ſint, & a lethali peccato abſtineant. Sane qui hæc opinionem tuerentur, ſatis gravis momenta non aſſerunt, ſpectant id, quod decet, tamquam pertinens ad præceptum, & diſpoſitionem ad conſecrandum, vel ſumendum Chriſti Domini Corpus neceſſarium juxta Apoſtoli verba, *probat autem ſe ipſum homo &c.* non ſatis fecerunt a diſpoſitione, quæ ad ſanctam Miſſam audiendam requiritur. Proſecto Fideles ad Miſſam in gratiæ ſtatu audiendam incitandi ſunt, ac docendi futurum alioquin, ut Miſſæ auditio fructus omnis meritiſque ſit expertus, & a tanti Sacrificii dignitate, ac ſanctitate maxime aliena. Verum tametſi Miſſam quis audit lethali peccati conſcius, non ideo tamen novum mortale peccatum committit, modo Sacraſancto Sacrificio interſit attentè, reverenter, ac prout Religioſis ratio requirit. Si huic ſententiæ non acquieſcitur, & opinionem non ſatis firmam proponi lubet, nec pauca, nec levia incommoda timenda ſunt quod bene multos, qui lethali culpe ſibi conſcii, nec poenitentia ſpiritu ducti ſibi perſuadebunt ſe ſancto Sacrificio intereſſe non poſſe, & id reputantes ab adſtantia eidem præſtandæ abſtineant. Ex his illud conſequitur, quamvis opinio Confefſarii minus fit probabilis, quam contraria, & parum firma detegatur, in eam tamen tamquam in errorem proſcriptum invehi Concionatorem non debuiſſet, ac ſatis fuiſſet, ut Miſſionis Director Antithetæ, a qua rogatus fuerat, ſuam ſuper ea ſententiam declararet, & in id incumberet, ut ad implendum audiendæ Miſſæ præceptum neceſſariæ diſpoſitiones, attentio ſcilicet, ac reverentia, quam divinus Cultus in ſanctis Myſteriis exigit, Populo explicarentur, & Fideles propoſitis de cauſis, ut ſemper adſent in ſtatu gratiæ, vel ſaltem in poenitentia ſpiritu, permoverentur; quin Concionator in diſputationibus & conſtellationibus parum pietatis conſonas rem adduceret.

Pater Alexander loco appellato Regula 9. pag. 819. de iis tantum loquitur, qui cum peccati lethali affectu Miſſam audiant diebus Dominicis & feſtis. Ait Chriſti fideles, qui ſancto Sacrificio interſunt, non quidem tamquam publicos Miniſtros, ſed tamquam cooperatores idem ſanctum Sacrificium offerre; aſſert in id nonnulla Miſſæ verba, ut *Oratio Francisci*, & Canonis; ex quibus probat eos offerre cum Sacerdote. Docet præterea Chriſtianos ſanctam Miſſam audientes eſſe Viſitatas, quæ offeruntur; Chriſtus enim Dominus ſe ipſum, & univerſam Eccleſiam, tamquam ſuum Corpus myſticum offert Aeterno Patri; ex quo concludit eam, utpote victimam Deo gratam eſſe debere; ejuſmodi autem eſſe non potest; quin poenitentiam proſequatur, Denique diligere incipiat & peccati namque lethali affectu ſola charitate ſaltem inchoata excluditur; aſſert etiam ea Miſſæ verba, *ſursum corda, habemus ad Dominum*; quod contra fe habet, ſiquidem pondere & affectu ſeſtu depreſſi in terra jacemus.

Monemur, inquit hic Auſtor, de poenitentia ſpiritu, qui nobis ad Miſſam audiendam neceſſarius eſt, ex Confefſore, quod Reſpondens recitat ab exordio. Porro non dicit omnino, etiam, qui in peccato mortali Miſſam audit, mortale peccatum committit.

Denique qui Miſſam audit, communicat ſpiritualiter; ex quo ſit, ut in mortali peccato exiſtens notabiliter irreverentiam committit. Auſtor Moralis ſuper Pater loco citato ait hominem mortalis peccati reum, obſtrictumque animo in peccato ſuo perſiſtentem magnam quidem irreverentiam committere; mortaliter autem peccare omnino non dicit. In medium licet eas ferre rationes, quæ ſupra allate ſunt, & quæ mox aſſerentur ex Merſenio, ad obſtendum, eum, qui hæc voluntate deliberata Miſſam audit, injuriam Deo irrogare, nec omnino Miſſæ fructus participet eſſe.

Tourneau loco appellato nihil ad rem. De Merſi in prioro loco laudato ait duo eſſe diſtinguenda, ſtatum peccati mortalis, & affectum peccati lethali.

Deinde

Deinde ponit tamquam certum, eos qui Missam audiunt cum lethali affectu peccati, peccare, & eo graviter peccare, quo ejusdem affectu peccati fuerint implicati, & graviter peccare nemini dubium est: ita ut si non peccent lethali, quod quidem non sine fundamento quidam asserunt, & certe in magnum & non infrequens lethali peccati periculum, ob insignem irreverentiam in Missa Sacrificium admissam, sese consicere manifestum est.

Triplex ratio probatur peccare: I. ex parte amoris divini, cujus affectus debet elici: II. ex parte orationis: III. ex parte hypocrisis.

Tum concludit: ex his omnibus constare eos peccare, qui cum peccati lethali affectu audent divinitus adesse mysteriis, & ob irreverentiam, qua eo afficiunt, qua irreverentia ad peccati lethali malitiam pervenire possunt: & sapienter pervenit, ut neminem lasce; verum cum id in particulari adjudicandum erit, inspicendum erit affectu hominis, hujusmodi culpa confecti. Examinandum nempe erit, an duriora peccandi consuetudine implicatus sit necne; utrum crebra adesse Ecclesiam, & aliam sui salutis curam gerat; in hoc enim viro minor foret inerte malitia; sed si qui ex aliis aliis peccet, quod in ejus animo iniquitatem consuetudo alius radices improfiteret, & sacris interesse ex veteri summas Christianorum more, ne omnino perditus & nefarius habeatur; valde vitandum est, ne quoties adeat divini sacrificii, lethalem irreverentiam admittat; quod plerisque peccatoribus accidit, & presertim libidinosis & mulieris hominibus.

Et Tom. 2. pag. 412. & 413. ita loquitur: Tertia Conclusio. Nemini dubium esse debet, quin homines, qui in statu lethali peccati adesse Sacrificio Missa, nec ex terribili statu peccati emergere per penitentiam, quoties se peccandi occasio obtulerit, peccare, & vitam detestabili profectio perseverare statuerint, gravi se flagitio devinciant. Affert deinde exemplum filii, qui a patre vitam petens, ejus tamen occidendi, vel male excipiendi voluntatem semper retinet.

Et pag. 413. Quisquis interesse Sacrificio Missa in statu & affectu peccati lethali, in quo haurire & perseverare apud se statuit, peccat: in eo colligitur Conclusio, ut distat asserat eos abuti tali Sacrificio, qui in statu & affectu peccati lethali, & in obstinatum in eo perseverandi voluntatem immerit, nihilque de penitentia ethica ad Deum conversione meditati, Christo Domino presentis & immolatio in divinis mysteriis sese presentes sistere non persequuntur.

Et igitur spectat nostra Conclusio, ut omnes Catholici resuscitantes homines in statu peccati & affectum, & in peccato perseverandi in voluntatem peccatorum implicent, in gravem Dei offensam incurrent, si divino Sacrificio interesse.

Minime dicit hic Auctor vel in primo vel in secundo Tomo locis laudatis hominem simpliciter in peccato mortali existentem, dum Missa interest, peccare mortaliter; idemque de his sentiendum, qui supra laudati sunt.

Tridentina Synodus Sess. 13. c. 8. de Spirituali Communionem, deque his, qui spiritaliter communicant, verba faciens loquitur in hac verba: Qui voto propostum paucem calorem edentes sibi vivis, qua per dilectionem operatur, fructum ejus & utilitatem sentiant.

Si ad audiendam Missam, & preciptum implendum Communionem iuxta hanc definitionem requireretur, necessarius esset gratie status, id quod nemo Theologorum postulat ad precepti satisfactionem.

Garnachius de usis & sumptione Eucharistia pag. 443. Spiritualem Communionem ita definit: Audiam Communionem Spiritualem, quando non sumitur Eucharistia ore corporis, sed ardenti solum voto & desiderio, per pias meditationes, per suspiria & genitum, tunc accipitur res Sacramenti, licet non Sacramentum.

Hamberger eodem titulo pag. 644. supponit audiri Missam posse, quin spiritaliter communicetur, prout Tridentina Synodus definit: At interdum accidit, qui dum interesse Missa Sacrificio, & se a reali communiione abstinere, non desistant tamen in tanti mysterii consideratione, per dilectionem acquiescentes fructum ejus, & utilitatem sentiant.

Et sane ad Missa auditionem satis est moralis & religiosa presentia, qua fiat, ut Missa spectetur a nobis tamquam res sancta, & cui intersumus, ut Deum honoramus Religionis actione, quam edimus, quoque ad divinum Cultum pertinere debet. Tum qui mortalis peccati reus est, Deum honorare potest, & quod inde consequitur, Religionis actum elicere potest, & Missam audire. Videndus Sylvius in D. Thomam 2. 2. q. 80. art. 1. pag. 341. ubi ita loquitur: Dicendum est non esse votum, seu desiderium hujus Sacramenti esse spirituale manducationem, sed illud solum, quod sibi viva conjunctum est; ac proinde peccatores in statu peccati mortali existentes non pervenire ad spirituale manducationem.

Decisum hac die 8. Septembris an. 1701. G. Fromagen.

(a) Nav. in man. c. 25. n. 132. Suarez tom. 2. disp. 86. sect. 1. Barbosa de Off. & potest. Parochi c. 11. n. 10. & de Off. & potest. Episc. p. 2. alleg. 24. n. 23. Sylvius in 3. p. q. 83. art. 1. quest. 17. Vasquez in 3. disp. 234. c. 4. Ronacina tom. 1. disp. 4. quest. ult.

Regula in Parochorum gratiam quoad Missas, quas pro suis Parochianis celebrare tenentur.

Q U Æ S I T U M.

Quæritur, an Parochus officii sui vi Dominicis & Festis quibusque diebus Missam pro Parochianis celebrare debeat? Hac in re occurrunt sententia tres.

Prima est, Parochum singulis diebus Festis & Dominicis non posse, quin celebret; sed sacrosanctum Sacrificium, cui voluerit, applicare posse, quod si iis quidem diebus in Parochia Missam celebrat, id eo solum spectare, ut Parochiani Ecclesia preceptum implere possint.

Altera est, Parochum pro Parochianis celebrare debere, non tamen quibuslibet diebus Festis, sed tantummodo primæ classis, ut Paschalis, Pentecostes, Natalis Domini, &c. reliquis autem diebus Festis minus præcipuis Missam pro arbitratu applicare posse.

Tertia denique sententia est, teneri Parochum omnibus diebus Festis, qua de Ecclesia præcepto sunt, celebrare, nec ei licere Sanctum Sacrificium juxta alterius singillatim, quam Fidelium sibi conceditorum intentionem applicare. Tridentina Synodus hanc posteriolem sententiam infirmare videtur Sess. 23. cap. de reformat. Quo fundamento nituntur dicere, mihi quidem non constat.

Vos rogamini, ut desinare velitis, qua potissimum ex alatis sententiis in conscientia vobis tenenda fit? Et an Parochus, qui diebus Festis celebraverit, & pro aliquo devoto missam applicaverit, facta hypothesi non potuisse, restitutionis obligatione adstringitur?

R E S P O N S I O.

Concilium Conscientie subscriptum censet, antequam proposita questio adjudicetur, animadvertendum esse.

I. Tridentinam Synodum Sess. 23. c. 1. de Ref. ita tamquam divino jure certum ponere. Parochos. & quicumque Fidelibus præsumt, Sanctum Missa Sacrificium pro sibi conceditis Fidelibus offerre debere: Cum precepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves cognoscere, & pro his sacrificium offerre; & cap. 14. ejusdem Sessionis. Curæ Episcopus, ut si saltem diebus Dominicis & Festis Sæculibus, si autem curam haberent animarum, frequenter, ut suo muneri satisficiant, Missas celebrent.

II. Parochos, universim quidem, quotidie celebrare debere non apparet, nisi Beneficii ratio: peculiaris lex, consuetudo, vel aliquod Diocesis statutum id requirant; alioquin fere convenit eos nonnisi Festis & Dominicis diebus, quibus Parochiani Missam audire debent, celebrare debere. Ita sentiunt Navarrus, (a) Barbosa, Sylvius, Vasquez, & alique Theologi bene multi.

III. Non inde tamen sequitur oportere, ut, quibus diebus Parochi Missam celebrare debent, ut eam Parochiani audiant. sanctum Sacrificium ad eorum intentionem offerant, atque adeo a Parochianorum aliquo, ut ad ejus mentem Deum orient, nullam eos retributionem accipere possent. Interest enim inter obligationem celebrandi, qua Parochus adstringitur, ut Parochiani Missam audiant, & Missæ fructum iis applicandi. Præter Auctores modo appellatos ita sentit Major, (b) atque Parochum aliquod stipendium a Parochiano sumere posse, ut Missæ, quam in Parochia generatim celebrat, ei fructum applicet. Sylvius loco laudato rem hanc pluribus verbis explicat, pronuntiatque quandoque Parochum retributionem aliquam accipere posse pro Missa, quam suis Parochianis audiendam Festis & Dominicis, aliisque præterea pro consuetudine diebus celebrare tenetur: Quamvis autem Parochus obligatus sit celebrare pro suo populo Dominicis præsertim & Festis diebus, non videtur tamen illicitum, si aliquando stipendium accipiat ab uno particulari, qui pro se cupit celebrari; ut si concepat aliquem peregrinum, vel aliquem Parochianum ægrotum, vel aliquem Confraternitatem probatam die festo petere Missam pro se fieri. Objectionem sibi proponit Theologus hic, & solvit in hac verba: Nec obstat, quod (Parochus) a populo sive ex decimis, sive aliunde alatur; Parochus enim debetur proveniunt Pastores, non præcipue ut celebret ad intentionem populi, sed ratione totius Officii Pastoralis. Tenetur quidem omnibus, Festis, & Dominicis, ac pro locorum consuetudine etiam quibusdam aliis diebus Missam in Ecclesia Parochiali facere; sed aliud est teneri ad eam dicendam, ut possit illam audire, aliud vero ad offerendam particulariter pro ipsi.

IV. Tenetur quidem Parochus pro suarum ovium intentione

punct. 7. propof. 2. Basseus v. Missa 3. n. 4. Reginald. l. 23. c. 17. n. 238. Diana 2. p. tr. 14. resol. 26. Layman. l. 5. r. 5. c. 3. nu. 3. Gavancus 3. p. tit. 12. n. 27.

(b) Major in 4. dist. 457. q. 2. §. contrahant.

tionem Missam dicere, juxta Tridentinam Synodum supra laudatam; sed eum ejusmodi obligatione teneri, quoties celebrat, non declarat, ut adsumus explicaturi. Haud ita facile defini potest obligatio hæc, aut statui Missarum numerus; quarum fructum Parochianis suis applicare Parochus tenetur. Quamvis nempe Sylvius universim Parochi licere velit Missæ, quam Festis, ac Dominicis diebus celebrat, aliquam retributionem quandoque recipere, non vult tamen id ab eo passim fieri: Adidendum, inquit, hic videtur, cavendum esse, ne Parochi frequenter in Festis & Dominicis stipendium ab aliquo particulari accipiant. Cum enim non facile possit determinari, quoties obligentur ad celebrationem pro suo populo, non debent periculo se exponere; & prout majores sunt reditus, & spius obligentur. In ea igitur sententia est, ut quo major Parochia proveniunt fuerit, eo sæpius Missæ Sacrificium pro iis, quorum curam agit, offerre Parochus debeat. Sunt, qui putent hujus obligationis modum ac rationem ex consuetudine petendam esse, ut Navarrus; alii, ut Suarez, ejus definitionem ad Episcopum pertinere, vel saltem, ut ait idem Auctor, Parochum debere consilium sequi prudentis & docti Viri, qui hunc Missarum numerum determinare poterit, habita ratione fundationis, qualitatis, ac proveniunt Beneficii, Diocesis denique consuetudine, si qua est. Non desunt Casuista, qui sentiunt, ut Bonacina (a), Parochum, dummodo non ei major aliunde adfit obligatio, pro populo celebrare debere præcipuis anni Festis, & Dominicis diebus, aut saltem semel in hebdomada; ita enim prudenter virum, si consuleretur, judicaturum. Idem Auctor monet D. Carolum in primo Mediolanensi Concilio p. 16. de freq. obl. Sacr. statueret, ut Parochi præter Festos & Dominicis dies ter insuper in hebdomada Missam celebrarent, & in quarto Concilio p. 148. Titulo de his, que pert. ad Sacr. Miss. prohibet, ne iis diebus alias Missas celebrandas sibi sumant, nisi Episcopus ob exiguum Parochia proveniunt cum ipsis in ferialibus diebus dispensent. Basseus & Barbosa pronuntiant prudentis viri consilio hæc in re standum esse; ac posterior quidem de Off. Par. n. 13. addit Cardinalium Congregationem sub Urbano VIII. die prima Septembris an. 1629. statuisse decreto suo, Parochos non licere, quibus diebus Missam celebrare tenetur, retributionem accipere.

V. Asserit Sotus Parochum teneri quotidie (b) pro populo celebrare, si ex Parochia satis habeat, unde vivat; quod si non satis habeat, prudenter virum consulat; sed tutius audiet Episcopum, ut intelligat quoties debeat, terne scilicet an quater in hebdomada celebrare. Consentit tamen hic Auctor Parochum, cum congruus proveniunt esse, teneri quotidie pro Parochia celebrare, quod communi sententia repugnat, & posse nihilominus aliquam retributionem, utro quidem ab aliquo Fidelis oblatam, non autem extortam accipere, ac pro universa simul Parochia, eoque singillatim Fidelis Sacrificium offerere; quod pariter de Sacriciis, qua offeruntur in die obitus, quoque detuncti sibi posterunt, est accipiendum; ita enim loquitur: Asserunt non obstante obligatione, qua tenetur pro Parochia offerre, potest particulariter præsentibus ab ipsorum Parochianis obtinere recipere, dummodo illas non extorqueat, idemque sacrificium potest & pro Parochia, & simul pro tali Parochiano facere; idemque consensum de defunctorum exequiis, & testamentarum Missæ. Quod autem proposuit Sotus, ita confirmat: Ratio hujus est, quod defunctorum sepelire, & propter Missam offerre propria est sanctio ipsius Pastoris, neque debet Parochiani fore exigere Sacerdotes, ad hoc minus questum, quoties hæc non sunt incomparabilia. Denique concludit in hæc verba: Hæc autem documentum, ut causa moralis, cum moderamine temperandum est, videlicet ne Missarum proveniunt immodice sit exuberans; nam tunc debere Pastorem, qui curam habet animarum, auxiliares Sacerdotes ad se adjungere.

VI. Quoniam Parochus, Auctoribus fere statutibus, qui non aliunde tenetur aut ratione Beneficii, aut consuetudine, aut aliqua peculiari lege statutis diebus pro Parochianis sacrum facere, gaudet jure celebrandi, cum sibi videbitur, & in cujus gratiam voluerit, consequens inde fit, eum posse, cum pro aliquo singillatim celebrabit, retributionem accipere.

His in hunc modum constitutis, ad questiones duas propositas respondetur.

Ad primam, potiore esse eorum sententiam qui asserunt Parochum, siquidem aut Beneficii qualitate, aut aliquo Diocesis statuto, aut consuetudine nonnisi Festis & Dominicis diebus Missam celebrare tenetur, posse eam celebrare diebus cæteris, & retributionem accipere, ut dictum n. 2. atque adeo aliquando eam celebrare & offerre pro aliquo e suis Parochianis, aut aliquis devotionis gratia iis diebus, quibus celebrare tenetur, & retributionem accipere, modo id Missarum numerum spectat, quas Parochus pro iis offerre tenetur, quorum sibi cura demandata est, debet Episcopum, aut prudentem doctumque virum consulere, expositis inge-

(a) Bonac. loco cit. & Eagn. tom. 2. in cap. Fraternitatem sepult. num. 95.

nue Beneficii qualitate, ac redditibus, & Diocesis consuetudine, si qua est, ut quid in hac facti specie sibi facto sit opus, intelligere possit.

Ad alteram, Parochum, qui aliquibus diebus festis juxta peculiarem aliquorum devotionem celebravit, cum id ei non liceret, cum felicitat pro sibi concedito populo celebrare teneretur, ad restitutionem obligari, ni vel ipse celebraverit, vel celebranda curaverit ea sacrificia, quibus eos privavit, ad quorum intentionem celebranda erant.

Decisum hac die 3. Maji an. 1698. G. Fromagen.

Vide Bullam Benedicti XIV. super hac materia emanatam, cui standum est.

C A S U S V.

Missa a Sacerdote mentis impore celebrata.

Sacerdos factus mentis impotens Missam celebrare non debet, & Superior eum celebrare peccare mortaliter, eundemque Episcopus punire debet tamquam irrreligiosum, & sacrarium rerum profanationis complicitem, si motibus id rursus patitur.

Q U Æ S I T U M.

Cum Sacerdos amens evasisset, Missam tamen ex habitu celebravit, scientibus, & hæctenus tolerantibus Superioribus, propterea quod scandalum nihil affaret.

Quæritur, an hic Sacerdos Sacrificium peragere, & Superiores tuta conscientia pati possint eum impotenter celebrare?

Rogantur Sorbonæ Doctores, et aliquibus auctoritatibus suam sententiam confirmare.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiæ subscriptum censet huic Sacerdoti minime permitendum esse, ut, cum in demantiam incidit, sacrum faciat, tum quia eas dispositiones asserre non potest, quæ ad nostra sacrosancta Myseria celebranda requiruntur: potest enim Missa spectari, vel prout Sacrificium est, vel prout Sanctam Communionem conjunctam habet.

Imprimis si Missa spectetur ut Sacrificium, si Sacerdos intentionem ad consecrandum sufficientem non habeat, Sacrificium quod offert, nullum est; ille vere ac proprie Missam non celebrat; habitualis intentio, qua communis Theologorum sententia est, non sufficit, ut Sacramentum constituitur. Et sane intentio sufficientem ad Sacramentum est sua quodammodo causa, que ad Sacramentum consuetudinem influere debet. Jam vero intentio moraliter interrupta, cuiusmodi habitualis est, quæque non amplius subsistit, atque eadem esse censetur, ad Sacramenti productionem non influit. Ea porro Sacerdotis, de quo agitur, quippe qui in demantiam incidit, intentio est, non agit nisi ex habitu, prorsus ut qui inter dormiendum Sacramenti verba pronuntiat; atque ita in presenti negotio Sacerdotis actio humana non est, ac vere voluntaria, & quod inde consequitur, Sacrificium, quod offert nullum est.

Illud etiam addi potest ad Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrandum longe maximis tum corporis, tum animi preparationibus opus esse, ut aliquando a celebratione abstinendum devotionis gratia videatur, aliæque dispositiones in animo requirantur, ut digne tantum Myserium celebratur. D. Carolus A. Torum suorum l. 4. n. 54. titulo de Sancto Missæ Sacrificio statuit, ut omnibus Sacriciis existant parve cellula, vel angusta receptacula, que Sacerdotes orandi commodius, & se, antequam ad Altare accedant, preparandi causa recipiant: Ut antequam celebrent, se colligant, & orantes mentem in tanti ministerii cogitatione desigant; quod ut commodius fieri possit, curant Episcopi, ut in singulis Sacriciis singula cellulas ad hunc orandi & meditandi usum instituantur. Sacerdos porro, de quo questio est, non satis intellectus habet, ut omnes eas dispositiones cognoscat.

Multa denique inter celebrandum vel ante vel post consecrationem contingere possunt, qua vel prevenienda sunt, vel iis, cum evenierit, prompto remedio occurrendum est; si autem Sacerdos nihil horum animo reputat, atque adeo reputare non valet, ut supponitur, etiam si verum esset eum posse valide consecrare. Concludendum est igitur ei permitendum non esse, ut Missam celebret, quamvis hæctenus minus recte contigerit, nullumque scandalum exiterit.

Quod si secundo loco Sancta Missa spectetur, quatenus Sacram

(b) Sotus lib. 9. quest. 3. artic. 1. §. nihilominus de just. & jur.

Sacram Communionem adstantiam habet: Sacerdos infamia correptus ejus est incapax, cum enim de adulto agitur, ejus suscipienda intentio proprie dicta requiritur, ut proinde non vere communicare conferatur, qui fumeret consecratam Hostiam, quam talem esse non crederet; hujus autem intentionis hic Presbyter impos est. D. Paulus in prima ad Corinthios c. II. mandat, ut Fideles, ante quam ad Communionem accedat, sese probet; is autem Sacerdos ejus probationis, & quod inde consequitur, communionis incapax est. Re ipsa venerandum hoc Sacramentum devotionem postulat, dum suscipitur, quod in causa est, ut Tridentina Synodi Catechismus titulo de Sancta Eucharistia num. 68. iis, qui rationis usum amiserint, eam tribui nolit; *amperibus, qui tunc in pietatis sensu alieni sunt, Sacramenta dare minime oportet; tantumque paratur iis Sanctam Communionem in mortis articulo administrari, atque adeo cupiat, ut antequam infanterent, pietatis & Religionis erga Sacrosanctum Sacramentum signa praeberint: Si autem in insaniam incidere, & piam & religiosam animi voluntatem praeferuerint, licet eis in fine vite ex Concilio Carthaginiensi decreto Eucharistiam administrare.*

Hac porro doctrina positae, quam etiam tradunt Div. Thomas, (*) ac Theologi, quorum testimonia Bassus in medium adducit, non apparet, cui Sacerdoti rationis experti permitti possit, ut Missam celebrat; quippe cum longe major dispositio requiratur in Sacerdote, qui celebrat, & ipse sibi Communionem administrat, quam in Laico, qui eam tantum recipit, etiam si, quod ita non habet, supponeretur, eum vere consecrare.

Hinc illud necessaria consecratione conficitur, Superiores Presbyterum in amantiam ipsum celebrare patientes peccare mortaliter; ac si illi moniti ab hac indignitate non desisterint, Episcopum commonendum esse, ut eos tanquam irreverentes, & rerum Sacrarum profanationis complices puniat.

Decisum hac die 8. Julii an. 1697.
G. Fromagetti.

C A S U S V I.

Missae ante Matutinum celebratae.

Communio episcopi est, eum qui ante Matutinum Missam celebrat, lethali se crimine non obstringere, nisi quod in Ecclesia servari solet, formaliter contempserit ducatur.

Q U A E S I T U M.

Sacerdos in Parochia quotidie Missam celebrat ex officio, & quidem ad publicum commodum activo tempore hora quarta matutina cum dimidio, & hora quinta cum dimidio hiberno tempore; & praeterea tanquam ejusdem Parochiae, in qua diebus singulis Hora Canonica recitatur, Cantor mercede conductus immediate postquam celebravit, tenetur Choro interesse, ibique canere Matutinum cum Laudibus &c.

In questionem vocatur, an Officium praevenerit debeat, & juxta Rubricam, ante Missam Matutinum cum Laudibus recitare, quamvis immediate post ea rursus cum Choro canere debeat, hac ipsa de causa a regula Matutinum & Laudes ante Missam recitandi hoc in casu solutus sit; ei enim injungi non potest, ut Officium suum in ea ratione praevenerit, quin eodem tempore ad idem bis in die recitandum adigatur. De obligatione porro aut dispensatione questio est non pro una vice tantum, sed quotidie.

Quid S. Antoninus, Moralis Gratianopolitana, Collationes Rupellae, & Bonal super hac re scriptum reliquerint, non ignoratur; sed non temere dici potest in eorum generalibus decisionibus peculiarem hanc facti speciem praeviam non fuisse. Durior est in hoc negotio S. Antoninus; Bonacina est longe mollior; nullus tamen in hoc articulo Canon occurrit, nulla Lex; una & unica Rubrica praesto est. Moralis ipsa Gratianopolitana videtur infirmare principium, quo a Matutino ac Laudibus ante Missam celebrandis hic Presbyter liberetur; ejus quippe Tom. 3. ep. 3. cap. 7. n. 2. dicitur videri ab hoc ordine sine rationabili causa citra culpam recedi non posse; hic porro rationabilem causam adesse apparet; sed alia ex parte, cum de perpetua regula dispensatione agitur, semper timendum est.

Illud animadvertendum dignum videtur hanc Sacerdotem nullam studiorum, vel id genus alia cura distentum esse; Officio celebrato, quod dies superest, ei liberum est.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet,
I. Juxta communionem sententiam obligationem nullam adesse, si vel mortalis peccati poena, Missae post Matutinum cele-

(*) S. Thomas 3. p. q. 80. art. 9. Bassus v. Com. Sacr. n. 24.

brandae, nisi ejus praxis, quae sere in Ecclesia obtinet, formalis contempserit exiterit.

II. Complurium Auditorum sententia, eum, qui ante Matutinum sine causa legitime, & quidem fapenumero celebraret, ab aliqua levi culpa immunem non fore. Super hoc duplici articulo consulti possunt Bonal, & Theologi ab eo citati l. 2. c. 16. de Hor. Can. Bonacina Disp. quast. 3. punct. 4. num. 11. de Hor. Can. Castro Palao 2. part. disp. 2. tract. 7. punct. 4. n. 6. de Hor. Can. Respondent Auctores hi ad rationes, quae ad Matutinum ante Missam recitandi strictam obligationem probandam fore afferuntur, quaeque ex Rubricis petuntur.

III. Satis justam causam esse in proposita facti specie, quamobrem Missa ante Matutinum celebratur, ne scilicet bis in die Matutinum recitari necesse sit.

IV. Benigne si quae haecenus dicta sunt, Sacerdotis, de quo agitur, animum tranquillare non possint, ad ejus scrupulos penitus dissiolvendos, tamen nulla necessitas urgeat, a Romana Curia privilegium peti posse, quo eidem liceat, antequam Matutinum recitet, celebrare, quamvis Missam eo, quo dictum est, tempore celebrare teneatur.

Decisum Parisiis in Sorbona die 14. Septembris ann. 1699.
G. Fromagetti.

C A S U S V I I.

Missarum celebratio commissa Parocho.

- 1. Missarum in aliena Ecclesia fundationem Parochus una cum propria Parochia possidere non potest.
- 2. Parochus Missarum in Cathedrali Ecclesia V. a propria Parochia sex leucis distans fundarum commissionem non potest possidere.

Q U A E S I T U M.

Uxuritur, an Titius, cui Parochia sex leucis majoribus distans ab V. concedita est, possidere possit Missarum in Cathedrali Ecclesia V. fundarum commissionem, quae quidem ejusdem Ecclesiae Presbyteris habitatis & incorporatis, titulo fundationis, affecta est?

Titius permissum habet sibi licere eam tuta conscientia una cum Parochia possidere, propterea quod cum ejusmodi Beneficium sit suapte natura simplex, nec residentis obnoxium sit, ejus servitium per alium praestare potest. Econtra dicitur, habitatis Ecclesiae V. ex ejusdem Ecclesiae statutis actualibus & continuam residentiam injunctam esse, eosque propterea in istis statutis appellari *continuis servitores Ecclesiae*; ex quo fit, ut Missarum commissio, quae istis affecta sunt, per accidens cum aliis Beneficiis residentiam requirentibus censeri non possit *non ex natura Beneficii, sed ratione incorporationis.*

Eam Fundatorum intentionem fuisse iudicatur, ut ejus Ecclesiae incorporatis suppeditarent, & unde illi commodius subsisterent, & ad promptius fidelisque servitium excitarentur;

R E S P O N S I O.

Theologiae Doctores, subscripti, qui propositam facti speciem viderunt, expenduntque, in ea sunt sententia, ut credant Titium Parochiae sex majoribus leucis ab Urbe V. distantis Pastorem non posse commissionem Missarum in Ecclesia V. fundatarum simul cum Parochia possidere, licet ejusmodi Beneficium natura sua simplex habeatur, quia Beneficium idem ejus Ecclesiae habitatis & incorporatis vi fundationis affectum est; neque enim solummodo peccatum, si illud vel obtineret, vel retineret, sed etiam devotum locum fore, quod ab eo obtineri posset, qui qualitatibus, quas titulus postulat, possideret; praeterea quod doctrina haec Gallicanum Jurisprudenciam consona est, amque tanquam generalem regulam proponit Tridentina Synodus sess. 25. de Reform. cap. 5. in hac verba: *Ratio pastoralis, ut illis, qui bene constituta sunt, contrariis ordinamentis non detrahatur. Quando igitur ex Beneficiorum quoruncumque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliqua requiruntur, seu in illis enera sunt injuncta in Beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione, eis non derogetur. . . . & aliter facta provisio subrepticis censetur; id quod Cardinales ejusdem Synodi interpretes, & Doctores amplius sicut, ut Barbosa in eadem Synodum animadvertit. Cum ergo Parochus hic Ecclesiae Cathedralis V. habitatus esse non possit, quippe quia propria Parochia actuali ac perpetuum residentiam praestare debet, quia habitationes ea continuam pariter praesentiam requirunt, quia denique quae eis possident, sunt *continuis servitores Ecclesiae*, ipsique eadem Missarum commissiones affectae sunt; extra omnem dubitationis aleam*

alem positum est eundem Parochum ea, de qua quaeritur, frui omnino non posse.

Decisum Parisiis in Sorbona hac die 14. Februarii ann. 1680.
Aug. de Lamoignon.

C A S U S V I I I.

Missarum Reductio.

Missarum celebratio acceptis retributionibus respondere debet.

Q U A E S I T U M.

Episcopus N. certior factus in sua Dioecesi Ecclesiam diligenter Missis votivis non satisfieri, propterea quod retributio solidorum quinque in Urbe, & trium rari pro quaque Missa de more oblata tenuis nimium foret, instituit, ut imposterum in Urbe quidem solidorum ut minus octo, sex autem in ceteris Dioecesi locis unius Missae stipendium esset.

Hae legitime factae Constitutioni, quamvis indicta fuerit, recepta non fuit; adhuc enim solidi quinque tantum in Urbe ad Missae retributionem traduntur, quod in causa est, ut ne Missis in Ecclesia N. fideliter satisfiat, nisi Presbyteris eas celebrantibus integra retributio tributur; id autem gravidetrimento est eidem Ecclesiae, cujus fere proventus fortissimi sunt, & admodum tenues, quippe cum Decano nonnisi ducentarum librarum, Canonicis librarum centum & sexaginta, Beneficiis reliquis ac Vicariis centum & viginti librarum certi redditus sint, qui omnino pendunt ex fundatione Missarum, quibus satisfaciendum est.

Quaeritur, an sequi liceat Episcopi reformationem, ita ut quotidie certus Missarum numerus celebratur, acceptae pecuniae respondentis, ad octo solidos pro quaque Missa; an vero fideliter satisfaciendum sit, & significandum Missas nonnisi quoad eam Reformationem celebrari posse?

In hoc negotio duplex incommodum occurrere potest: primum est, Parochianos, Sacerdotibus aliter quam juxta Reformationem Missas celebrare nolentibus, obumbraturus; alterum est, eos Missarum celebrationem commissuros aliis Ecclesiis, ubi sine scrupulo Missarum plurimum stipendia junguntur, quo posito, Ecclesia, de qua sermo est, longe maxima Missarum inopia laboraret, quippe quod impar esset sustentando majori Sacerdotum numero, quam quibus Collegium constat, scilicet non amplius quatuordecim, qui sane numerus non respondet indigentiae Parochiae, quae in Urbe primas tenet, & viginti mille circiter homines communioni aptos amplectitur.

Hae eadem Ecclesia, quod animadvertendum dignum est, a Parochianis decimas omnino non percipit, aequae atque aliae Urbis Parochiae, nulloque alios redditus tenet, quam qui ex aliquibus Missarum fundationibus, & ex ejusdem Ecclesiae censu, qui votivis Missis ex parte maxima continetur, proveniunt. Neque illud omitendum, ea in Urbe tam raro vivi, quam Lutetiae Parisiorum.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum, quod propositam facti speciem vidit, existimat, Constitutionem super retributione praebenda Presbyteris pro Missarum celebratione servandam esse, populoque, ut eidem se conformet, explicandam; nec posse tuta conscientia pro Missa celebranda quinque solidos accipi, quin ea deinde celebratur juxta ejus voluntatem, qui ea mente ac spe offert, ut pro se singillatim Missa dicatur; ac citra fraudem juxta Episcopi Reformationem, quae in usu non est, Missam, offerente non admonito celebrari non posse; propterea quod oblata pecunia acceptatio, cognita offerentis intentione, censenda est consensio, quae praebet ejus voluntati, quam ipse patefecit, quaeque ordinaria loci consuetudine nitiatur, atque adeo hanc agendi rationem intentioni contrariam infidelitatem quandam fore, ut proinde qui ea culpa se obstringeret, ad restitutionem obligaretur, quamvis quod oblatum est, ad Sacerdotis sustentationem satis non esset; quod ubi id acceptat, nec Episcopi Reformationem, quae in usu non est, sequi se velle declarat, id in se recipit, ut offerentis voluntatem sequatur; Doctrinam hanc confirmat id, quod statuit Urbanus VIII. & ejus auctoritate Congregatio Cardinalium Tridentina Synodi interpretetur, ut referat Bagnanus in primam partem 3. De reat. de sepulchris c. fraternitatem n. 66. verbis hinc: *Deinde pro pluribus Missis etiam ejusdem qualitatis celebrandis plura stipendia quancumque collata fuerint, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conveneriis, Congregationibus, domibus, ac locis piis quibuscumque tam secularibus, quam regularibus: Sacra Congregatio sub obsequio divini iudicii mandat, ac praecipit, ut absolute tot*

Missae celebrantur, quae ad rationem attributa elemosina praescripta fuerint; ita ut aliquin ii, ad quos pertinet, sua obligatione non satisfaciunt, quinimo graviter peccent, & ad restitutionem teneantur. Ex quibus apparet incommoda, quae in libello supplicis recensita sunt, impedire non debere, quinonius ii, qui in Ecclesia, pro qua consulitur, auctoritate polent, opponant sese rei, quae suapte natura mala est, atque adeo gravis scandalis occasio esset, si in populi notitiam veniret, & quaeque Fideles, intentionem suam frustrari cognoscens, tribuendis Missarum oblationibus avocaret, & in causa demum esset, ut non modo Sacerdotes, qui detestati essent, contemnerentur, sed infantes quoque suspicione laborarent.

Decisum Parisiis hac die 25. Novembris ann. 1676.
Aug. de Lamoignon.

C A S U S I X.

Missae votivae, quarum celebratio in alium locum distrahitur.

Missae votivae nequeunt alibi celebranda mandari, quam in Ecclesia, in qua Fideles eas celebrari volunt.

Q U A E S I T U M.

Clericus Titularis Capella, ad quam populus frequens accedit, & in qua septem aut octo Sacerdotes existunt, qui Confessiones audiunt, & Missas celebrant, quas Fideles petiuntur veniunt, super hisce tribus sequentibus difficultatibus Sorbonicorum Doctorum sententiam scire desiderat.

Prima ejusmodi est: liceatne sibi Missarum, quarum stipendia recepit, celebrationem extra Sacellum committere, cum Sacerdotes, quos secum habet, iis satisfacere nequeant, & cum Missarum copia Sacerdotum numerum excedat? In hoc quidem id sibi licere putat: I. quia pluribus Sacerdotibus excipiendis locus non est; II. quia si retributiones, ac Missas, quae petuntur, ipse respueret, Fidelium animi curbarerent, & devotio, quae in Sacello maxime servet, & refrigeret; III. quia Missae, quas extra Sacellum celebrandas committit, minore, quam percepta est, retributione celebrantur; id autem non credit in ejus privatum commodum, sed Sacelli sustentationi ac decorationi cum proprii patrimonii parte deservit.

Secunda est haec: an ipse, alique Presbyteri Sacello deservientes, cum abint per aliquot dies, raro quidem, & ex necessitate, possint necne Missas eidem Capella devotas celebrare? Eo ipse principio nititur, si quae proinde Compressbyteros, quibus praeter Missarum stipendia nullus alius proventus est, quo subsistant, cum abint ob negotia, posse eidem stipendia percipere, dummodo ibi ubi sunt, pro iis peculiariter celebrant, qui in Sacello stipendia obtulerunt. Hac accedit eisdem Presbyteris alia populi officia praestare, nempe conciones edere, Confessiones audire, Divina Officia celebrare, &c.

Tertia talis est: an Vicarius, cui Parochiam Sacello unitam ipse concedidit, possit necne celebrans in Ecclesia Parochiali ab eodem Sacello sejuncta iis Missis satisfacere, quas Populus in Sacello requirit? Id ipse sibi persuadet ex eo, quod magna anni parte Vicarius ei praesto est in Sacelli servitio.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum respondet
Ad questionem primam, Ecclesiasticum Titularem Sacelli, de quo agitur non posse Missarum sibi creditarum celebrationem alio distrahere, quinonius Fideles fallit, quorum ea est intentio, ut in Sacello celebrantur. Et sane Deus quasdam gratias concedit alicubi, ubi Sanctos honorari vult, quas sere alibi non concedit; praxis ipsa Fidelium sancta ejusmodi loca invicentium evidenter ostendit, quid ii semper crediderint, ac peculiaris beneficia quod attingit, quae iis devotionis locis addita sunt. Ex quo sequitur, I. plurimum, quam in Sacello celebrari possint, Missarum obligationem suscipi non posse, quia hac ratione fides offerentibus Christi fidelibus praestita falleretur, II. ad hujus sancti loci devotionem tuendam non licere Missas distrahi, ut dato minore stipendio, id facilius obtineatur, quandoquidem namque licet malum facere, vel bono fine proposito.

His ita se habentibus, ad alias propositas questiones duas facilis est & expedita responsio; ac demum quae modo dicta sunt, ex eo quoque magis magisque firmantur, quod in Decreto Congregationis Cardinalium, quod Urbanus VIII. anno 1625. roboravit, quodque refertur in Bullario num. 45. statuitur, ne novae Missae celebrandae suscipiantur, antequam jam